



600083746Y



CAR. FR. CHR. WAGNERI

PROFESSORIS MARBURGENSIS

OPUSCULA ACADEMICA.



VOLUMEN PRIMUM.


MARBURGI MDCCCXXXII.

SUMTIB. ET TYPIS LIBRAR. ACADEM. N. G. ELWERTIANAE.

CAR. FR. CHR. WAGNERI

PROFESSORIS MARBURGENSIS

OPUSCULA ACADEMICA.



VOLUMEN PRIMUM.

MARBURGI MDCCCXXXII.

SUMTIB. ET TYPIS LIBRAR. ACADEM. N. G. ELWERTIANAE.

PRAEFATIO.

Haud profecto ab omni vacuus liberque timore, atque consiliis tantummodo nonnullorum amicorum adductus permotusque eam suscepi provinciam administrandam, qua mihi hasce commentationes conscribendi atque vulgandi iniungebatur munus; etenim per viginti quinque annos mihi, quamvis semper in explicandis scriptoribus Romanorum occupato, numquam tamen Latino sermone in scribendo utendi se obtulerat occasio: atque ita me illi officio vix credebam satisfacere posse. Erat igitur, quod permagna adficerer laetitia, quum intelligerem, quas foras dedi dissertationes VV. DD. non omnino displicuisse; et quum earum nonnullae toties expeterentur, ut viderentur iterum prelo subiiciendae, meum duxi, ne illorum indulgentia nimis abuterer, omnia accuratius et diligentius recognoscere, praecipuaque saltem corrigere tollereque peccata. At enim vel sic vereor, ne omnia non sint sublata remotaque, in quibus VV. DD. offendere possint; etenim qui umquam in libris, iam ante longius

temporis spatium ab ipso scriptis, occupatus fuit emendandis, eum fugere non potest, rem esse longe difficiliorem, etiamsi quis sit adtentissimus, in illis omnia corrigenda explorare, quam emendatius rectiusque scribere nova. Quodsi igitur adhuc inveniantur, quae minus placeant, ea benevolus lector mihi condonabit. — Continet vero hocce volumen maximam partem eas commentationes, in quibus de rebus egi grammaticam spectantibus, additis excerptis quibusdam e prolusionibus, quas vocant, Ind. Prael.; quod si illae, iam quidem collectae coniunctaeque, eo favore, quo singulae exceptae sunt, non omnino iudicabuntur indignae, quam primum secundum quoque volumen typis curabo exscribendum, quod eas comprehendet, in quibus de rebus ad antiquitatem pertinentibus exposui disputavique.

Scripsi Marburgi mense Augusto anni MDCCCXXXII.

INDEX COMMENTATIONUM

QUAE PRIMO VOLUMINE CONTINENTUR.

I.

ADDENDA QUAEDAM
AD
LIBRUM DE ACCENTU
GRAECAE LINGUAE.
MDCCCX.

Librum, quem ante hos, qui elapsi sunt, tres annos de accentu Graecae linguae foras dedi, ut omnibus suis numeris et partibus absolutissimum perfectissimumque reddere mihi liceat, maximopere exoptans, nec sperans, fore ut in paucitate eorum, qui ad haec abstrusiora litterarum studia animum adplicant, iam post breve temporis spatium novam emendatioremque illius libelli editionem in lucem emittendi cura mihi iniungatur, occasionem, quae mihi se obtulit, quaedam, quae in libello illo emendanda et corrigenda, ipsique addenda mihi videntur, iam nunc cum viris doctis ex parte saltem communicandi, arripiendam putavi; quae quidem, si opus illud qualecunque nova umquam, me fortasse exstincto, dignum habeatur editione, a futuro editore ne negligantur, quam maxime in votis habeo.

Primum vero est, quod adnotem ad p. 4, libri a Porphyrio περὶ προσωδίας exarati, quem Cel. Villoison ex codice manuscripto, in bibliotheca Vaticana asservato, typis describendum curavit, alium Parisiis exstare






CAR. FR. CHR. WAGNERI

PROFESSORIS MARBURGENSIS

OPUSCULA ACADEMICA.



VOLUMEN PRIMUM.

MARBURGI MDCCCXXXII.

SUMTIB. ET TYPIS LIBRAR. ACADEM. N. G. ELWERTIANAE.

PRAEFATIO.

Haud profecto ab omni vacuus liberque timore, atque consiliis tantummodo nonnullorum amicorum adductus permotusque eam suscepi provinciam administrandam, qua mihi hasce commentationes conscribendi atque vulgandi iniungebatur munus; etenim per viginti quinque annos mihi, quamvis semper in explicandis scriptoribus Romanorum occupato, numquam tamen Latino sermone in scribendo utendi se obtulerat occasio: atque ita me illi officio vix credebam satisfacere posse. Erat igitur, quod permagna adficerer laetitia, quum intelligerem, quas foras dedi dissertationes VV. DD. non omnino displicuisse; et quum earum nonnullae toties expeterentur, ut viderentur iterum prelo subiiciendae, meum duxi, ne illorum indulgentia nimis abuterer, omnia accuratius et diligentius recognoscere, praecipuaque saltem corrigere tollereque peccata. At enim vel sic vereor, ne omnia non sint sublata remotaque, in quibus VV. DD. offendere possint; etenim qui umquam in libris, iam ante longius

PRAEFATIO.

Haud profecto ab omni vacuus liberque timore, atque consiliis tantummodo nonnullorum amicorum adductus permotusque eam suscepi provinciam administrandam, qua mihi hasce commentationes *conscribendi atque vulgandi iniungebatur* munus; etenim per viginti quinque annos mihi, quamvis semper in explicandis scriptoribus Romanorum occupato, numquam tamen Latino sermone in scribendo utendi se obtulerat occasio: atque ita me illi officio vix credebam satisfacere posse. Erat igitur, quod permagna adficerer laetitia, quum intelligerem, quas foras dedi dissertationes VV. DD. non omnino displicuisse; et quum earum nonnullae toties expeterentur, ut viderentur iterum prelo subiiciendae, meum duxi, ne illorum indulgentia nimis abuterer, omnia accuratius et diligentius recognoscere, praecipuaque saltem corrigere tollereque peccata. At enim vel sic vereor, ne omnia non sint sublata remotaque, in quibus VV. DD. offendere possint; etenim qui umquam in libris, iam ante longius

temporis spatium ab ipso scriptis, occupatus fuit emendandis, eum fugere non potest, rem esse longe difficiliorem, etiamsi quis sit adtentissimus, in illis omnia corrigenda explorare, quam emendatius rectiusque scribere nova. Quodsi igitur adhuc inveniantur, quae minus placeant, ea benevolus lector mihi condonabit. — Continet vero hocce volumen maximam partem eas commentationes, in quibus de rebus egi grammaticam spectantibus, additis excerptis quibusdam e prolusionibus, quas vocant, Ind. Prael.; quod si illae, iam quidem collectae coniunctaeque, eo favore, quo singulae exceptae sunt, non omnino iudicabuntur indignae, quam primum secundum quoque volumen typis curabo exscribendum, quod eas comprehendet, in quibus de rebus ad antiquitatem pertinentibus exposui disputavique.

Scripsi Marburgi mense Augusto anni MDCCCXXXII.

INDEX COMMENTATIONUM

QUAE PRIMO VOLUMINE CONTINENTUR.

I.

ADDENDA QUAEDAM
AD
LIBRUM DE ACCENTU
GRAECAE LINGUAE.

MDCCCX.

Librum, quem ante hos, qui elapsi sunt, tres annos de accentu Graecae linguae foras dedi, ut omnibus suis numeris et partibus absolutissimum perfectissimumque reddere mihi liceat, maximopere exoptans, nec sperans, fore ut in paucitate eorum, qui ad haec abstrusiora litterarum studia animum adplicant, iam post breve temporis spatium novam emendatioremque illius libelli editionem in lucem emittendi cura mihi iniungatur, occasionem, quae mihi se obtulit, quaedam, quae in libello illo emendanda et corrigenda, ipsique addenda mihi videntur, iam nunc cum viris doctis ex parte saltem communicandi, arripiendam putavi; quae quidem, si opus illud qualecunque nova umquam, me fortasse exstincto, dignum habeatur editione, a futuro editore ne negligantur, quam maxime in votis habeo.

Primum vero est, quod adnotem ad p. 4, libri a Porphyrio περὶ προσῳδίας exarati, quem Cel. Villoison ex codice manuscripto, in bibliotheca Vaticana asservato, typis describendum curavit, alium Parisiis exstare

codicem manuscriptum in bibliotheca imperiali, ex Vaticano illuc adlatum, sub No. XIV. ex quo omnes expleri lacunas omniaque vitia emendari posse, mei amantississimus Bredow, qui illum inspexit, mihi auctor est.

Pagina eadem Arcadii mentionem faciens addere debuissem, in fine epistolarum Vinariensium, a Cel. Villoison editarum, fragmenta duorum operum illius Grammatici inveniri περὶ τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως καὶ τῶν σχημάτων αὐτῶν, καὶ περὶ χρόνων καὶ πνευμάτων, et περὶ τόνου τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου, καὶ περὶ εὑρέσεως τῶν προσῳδιῶν, καὶ περὶ ἐγκλίσεως καὶ ἐγκλινομένων, ἐν ᾧ καὶ περὶ πνευμάτων καὶ χρόνων, — quae, quamvis nihil novi contineant, nihil, quod maiorem doctrinae de accentibus lucem adferre possit, tamen ab harum rerum studiosis negligi non debent.

Illis, quae p. 10 sqq. adtuli probaturus, Graecos omnino in legendo eorum accentuum rationem habuisse, quibus Grammatici veteres singulas notarunt voces, easque his ipsis accentibus extulisse, ea sane adiungenda fuissent, quae Jos. Scaliger in lectionibus Ausonianis de ratione accentus efferendi, quae in nominibus Graecis apud Latinos obtinuit, profert. »In iisdem nominibus »Graecis, inquit, (Latini) non quantitatem sed accentum »spectabant; quia, ut notat etiam Servius in libello de »accentibus, Latini eundem accentum, quem Graeci ha»bent, efferunt in Graecis nominibus. Verbi gratia, »quia Graecis vox haec εἴδωλα habet accentum in prima, »Latini quoque eodem accentu extulere, *ídola.* Quae »quidem vox semper est dactylus apud Prudentium. »Graecis dicitur Εὐριπίδης; eodem accentu Latini sem»per extulerunt. Propterea penultimam producit Sido»nius, non quantitatem, sed accentum Latinum (s. Grae»cum) secutus. Item Graeci pronuntiant Ἄρατος, no»men eius, qui scripsit Φαινόμενα, Sidonius contra ve»terum Latinorum morem, qui mediam semper produ»xerunt, corripit. Denique inspice totum Sidonium, to-

»tum Prudentium, et alios: invenies semper eos non »syllabas Graecas, sed accentus Graecos esse secutos. »Sic Ausonius in voce τρίγωνος facit: quia accentus »non est in media, quae longa est, propterea eam cor- »ripit. Quis audebit dicere, Ausonium ignoratione litte- »rarum Graecarum hoc commisisse? Nemo sanus qui- »dem, ut puto. Sed iis temporibus stulte videbatur, »non ibi producere syllabam, ubi accentus esset, quia »is est mos linguae Latinae. Adeo ut Plautus in hoc »secutus sit iudicium vulgi; quia non cum doctis, sed »cum plebe sibi rem esse videret. Nam semper apud »illum *Phaedromus* est dactylus, quia graece Φαίδρωμος. »Item quia Φίλιππος dicitur accentu in prima, eodem »modo mediam corripit. Et numquam aliter invenies »apud Plautum, quin mediam in nomine *Philippus* cor- »ripuerit. Quod mirum est in positione. Sed quaerenti »causam accentum semper praetexit.« — Sole ipso cla- rius hinc elucet, illa nomina iisdem accentibus a Grae- cis elata esse, quibus a grammaticis veteribus notata ad nos pervenerunt. Latini enim, quibus haec regula erat, ut, penultima correpta, antepenultima haberet accentum, quo, penultima producta, haec ipsa efferebatur, procul dubio et pronuntiationem nominum illorum Graecorum ad hanc regulam accommodassent, nisi ipsa a Graecis cum accentu in antepenultima elata accepissent.

P. 37 sqq. probare conatus sum, unum solum ac- centum, ut in reliquis linguis, ita et in Graeca fuisse, et quidem illum, qui nomine acuti insignitus est; cir- cumflexum igitur, qui ita dicitur, nullo modo ex con- iunctione acuti cum accentu gravi originem trahere po- tuisse. Huic vero opinioni minime adsentiendum esse contendit *Cl. Ast* in libro, quem ante hos duos edidit annos, quique inscriptus est *Grundlinien der Grammatik, Hermenevtik und Kritik*, quo sane libro non solum ac- centus gravis tuendi provinciam suscepit, sed etiam sen- tentiam veterum grammaticorum, circumflexum ex con-

iunctione acuti tenoris cum accentu gravi ortum esse, solam esse admittendam his verbis contendit: »Hermann »und Wagner halten die Erklärung der griechischen »Grammatiker, dass der Circumflex die Vereinigung des »Acutus und Gravis sei, für irrig, weil es nur Einen »Accent gebe, der Gravis dagegen ganz unnütz sei. »Aber so wenig in der Metrik eine Arsis ohne Thesis, »und überhaupt eine Position ohne die ihr entsprechen»de Negation, eine Einheit ohne den sie modificirenden »Gegensatz denkbar ist, eben so wenig kann der Acu»tus ohne seine Negation, den Gravis, bestehen, denn »durch diesen geht die Positivität des Acutus in die Viel»heit der Modulation über, zum Leben sich entfaltend. »Ist nun der Dualismus des Accentes in der Natur der »Sprache gegründet, so folgt von selbst, dass sich die »Zweiheit wieder zur Einheit verbindet, und aus der »Vermählung des Acutus und Gravis den in sich selbst »zurückgebeugten oder in sich reflectirten Accent, den »Circumflex bildet. Die circumflectirte Silbe muss da»her als Einheit und Zweiheit des Tones zugleich aus»gesprochen werden, d. i. in *einem* Tone muss die Mo»dulation der Stimme sich heben und senken; *ω* z. B. »muss wie ein gedoppeltes *ο*, aber ohne Abbrechung »der Stimme, also in *einer* Modulation ausgesprochen »werden, so dass das erstere *ο* erhoben, das zweite ge»senkt wird.« — Hic vero ante omnia observandum est, sonum tonumque, quibus confundendis iam multi, quo minus veritatis lucem adspicerent, impediti sunt, accurate a nobis distingui debere. Unaquaeque enim syllaba cum sono quidem, minime vero cum tono vel tenore pronuntiatur, id quod linguae naturam propius inspicienti statim adparet. Nam sonus nihil aliud est, nisi id, quo efficitur, ut syllabas vocesque auribus percipiamus; tenorem vero vel accentum vocamus eam elationem vocis, qua uniuscuiusque dictionis syllabarum una a caeteris distinguitur, et quasi principatum inter ipsas

obtinet, ita ut huic uni reliquae ejusdem vocis syllabae inserviant atque subiectae sint, quo solo dictionum forma continetur. Quae quidem si vera sunt, nullo modo gravis, quem ferunt, accentus admitti potest, qua vocem deprimi adfirmant; depressio enim vocis et accentus, ut vidimus, res plane diversae sibique invicem contrariae sunt, eadem ratione ut arsis et thesis: et sicut thesis numquam pro arsi habebitur, sic quoque depressioni vocis accentus nomen nullo pacto potest imponi. In unaquaque vero voce unum tantummodo accentum esse posse, iam Apollonius Alexandrinus in libro de Syntaxi docuit, ubi p. 298 haec leguntur: Καθάπερ [1]) τὰ πλεῖστα τῶν μερῶν τοῦ λόγου, διὰ τῆς ἑνώσεως τοῦ τόνου, τὸ μοναδικὸν τῆς λέξεως ὑπαγορεύει, τουτέστι, τὸ ἓν μέρος λόγου εἶναι· ἢ διὰ τῆς μονῆς τοῦ τόνου τῆς καθ' ἕκαστον μόριον, τὸ δισσὸν ἐμφαίνει τῶν λέξεων. τὸ γὰρ Διὸς κοῦρος, παροξυνόμενον [2]) μὲν, τὴν γενικὴν ἰδίᾳ νοουμένην ἔχει, ὅμοιον ὂν τῷ Διὸς

1) Orationis partium maxima pars unico tenore, unicàm esse dictionem, et unam orationis partem, indicat; gemino vero unicuique parti attributo, duas demonstrat esse dictiones: nam Διὸς κοῦρος, si tenorem habeat in penultima, habebit genitivum seorsum intellectum, et erit idem ac Διὸς υἱός; at si tenorem habeat in antepenultima, erit simile istis Διόγνητος, Διόδοτος. Praeterea εὖ νοῶ, si duos habeat circumflexus, adverbii et verbi appositionem fatetur: et Ἕλλης πόντος, si acutum habeat in prima syllaba, et ἐμοῦ αὐτοῦ, si duos habeat circumflexus. Haec enim, et eorum similia, quae infinita sunt, si coëant in unum, sicuti compositionis ratio postulat, habebunt etiam tenorem in unum connexum: si non coëant, tenores etiam habebunt sejunctos. Sed cum in unaquaque orationis parte tenor (sicut diximus) remanet, tum appositionem prae se ferunt.

2) Pro παροξυνόμενον Sylb. legendum censet προπερισπώμενον; lectio vero illa tueri posse videtur loco Olympiodori infra adducendo. — Bekkeri editio habet Διὸς κόρος.

υἱός· προπαροξυνόμενον δὲ, ὅμοιόν ἐστι τῷ Διόγνητος, Διόδοτος. τό τε εὖ νοῶ, δύο ἔχον περισπωμένας, ὁμολογεῖ τὴν ἐξ ἐπιῤῥήματος καὶ ῥήματος παράθεσιν· καὶ τὸ Ἕλλης πόντος, κατὰ τὴν ἀρχὴν ἔχων τὴν ὀξεῖαν, καὶ τὸ ἐμοῦ αὐτοῦ δὶς ἔχον τὴν περισπωμένην. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ἄπειρα ὄντα, συνελθόντα μὲν κατὰ τὸν λόγον τῆς συνθέσεως, ἔχει καὶ τὸν τόνον συνηρτημένον. οὐχ οὕτω δὲ ἔχοντα, καὶ τὰ τοῦ τόνου ἔχει ἀσυνέλευστα, καθάπερ δὲ εἴπομεν, ἐν τῇ καθ' ἕκαστον μόριον μονῇ τοῦ τόνου, τὸ κατὰ παράθεσιν ὁμολογεῖ. — Apud eundem scriptorem occurrit quoque alius locus, qui opinioni favere videtur, acutum circumflexumque re vera eundem fuisse accentum, diverso tantummodo signo notatum. Pag. 139 enim, *Προηυθέτισται γὰρ*[1]), inquit, *τὰ ἐγκλιτικὰ μόρια ἐπὶ τέλους ἔχειν τὴν ὀξεῖαν, ἢ φύσει, ἢ δυνάμει· (λέγω δὲ δυνάμει διὰ τὰ περισπώμενα·) ἵνα ἡ τοῦ τόνου ὑποστροφὴ τὸ μὲν προκείμενον ὀξύνῃ, αὐτὸ δὲ μεταστήσῃ εἰς βαρεῖαν τάσιν.* — Quid? quod Olympiodorus in Aristotelis Meteor. pag. 27 haec adfert: *Τότε μὲν Γραικοὶ ἐκλήθησαν, νὺν δὲ Ἕλληνες. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα οἱ μὲν Ρωμαίοι παροξύνουσι Γραῖκοι λέγοντες, ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος ὀξύνει·* ubi Romani penultimam circumflexam acuisse dicuntur: Apollonium vero Alexandrinum dictionem circumflexu in penultima notatam quoque *παροξυνομένην* nominasse, iam supra vidimus. — Acutum autem re vera numquam in fine vocum in gravem mutatum, sed alio modo signo expressum esse, inde colligi posse videtur, quod Apoll. Ale-

---

1) Positum enim recte est iam antea, particulas encliticas acutum in extrema syllaba habere, vel natura vel potentia expressum, vel inclusum: dico autem inclusnm, propter ea quae circumflectuntur; ut nimirum tenor recurrendo verbum, quod antecedit, acuat, ipsam particulam in gravem transferat tenorem.

xandr. pag. 105 libri de syntaxi docet, pronomina tertiae personae, ut maiorem intensionem indicarent, littera ι esse producta, et tenorem acutum in extremas syllabas traxisse, his quidem usus verbis: Καπεὶ [1]) ἔφαμεν τὰς δεικτικὰς ἐπιτείνεσθαι εἰς πλείονα δεῖξιν, αἱ δὲ προκείμεναι φωναὶ οὐκ ἠδύναντο τὸ δισσὸν τοῦ τόνου ἀναδέξασθαι, καθάπερ ἡ ἐμοῦ καὶ ἐμοί, καὶ αἱ σύζυγοι, διὰ τὴν ἐπὶ τέλους βαρεῖαν, εἰς παραγωγὴν τὴν διὰ τοῦ ι μετῆλθον, ἐπισπώμεναι κατὰ τοῦ τέλους τὴν ὀξεῖαν εἰς ἐμφανισμὸν τῆς πλείονος ἐπιτάσεως· καθάπερ καὶ αἱ προκαταλεγμέναι κατὰ πρῶτον καὶ δεύτερον πρόςωπον· ἐκεινοσί, οὑτοσί, ὁδί. προὖπτον γάρ, ὅτι στερομένη ἡ αὐτός τῆς δείξεως, συνεστέρετο καὶ παραγωγῆς ἐπαγομένης ἐπὶ πλείονα δεῖξιν. — Qua vero ratione haec productio illorum pronominum per litteram ι, et translatio illa acuti tenoris in syllabam extremam maiori inservire potuisset intensioni, si in continuata oratione et aliis dictionibus adpositis acutus iste tenor oppressus, sive, ut loquuntur, in gravem mutatus esset? Signum igitur acuti tenoris tantummodo videtur mutationi fuisse obnoxium, vis autem fere sine ulla diminutione remansisse.

Quod si ea a vero non aliena sunt, quae pag. 198 Cl. Hermanno duce tradidi, etiam praepositiones ἀμφί

---

1) Quoniam vero diximus, demonstrativa pronomina intendi ad maiorem demonstrationem; voces autem istae, de quibus iam agitur, non poterant recipere duos tenores, sicut faciunt ἐμοῦ et ἐμοί, et eorum affines, propter gravem tenorem, quem in extremis habent syllabis; ideo sunt productae littera ι, et tenorem acutum ad extremam syllabam traxerunt, ut maiorem intensionem indicarent, sicut faciunt in prima et secunda persona pronomina paullo ante memorata ἐκεινοσί, οὑτοσί, ὁδί. Nam αὐτός, quod demonstratione privatur, privatur simul nimirum et productione, quae additur ad maiorem demonstrationem.

et ἀντί, si quando per anastrophen post verbum suum collocatae ultimam vocalem per apostrophum amittant, retracto in penultimam syllabam accentu scribi oportere, quod e. g. faciendum foret apud Quintum Smyrnaeum in Posthomeric. L. IV. 371,

— ὣς δὲ καὶ αὐτὸς
μήτι παντοίῃ χέρας ὤρεγε· τοὺς δ' ἄρ' Ἀχαιοὶ
ἀλλήλων ἀπέρυξαν, ἐελδομένους πονέεσθαι
νίκης ἄμφ' ἐρατῆς· —

et Lib. IX. 407,

— καὶ ῥά μιν ἄμφω
ἄντρου ἔσω κοίλοιο παρεζόμενοι ἑκάτερθεν
ἕλκεος ἄμφ' ὀλοοῖο καὶ ἀργαλέων ὀδυνάων
ἧροντ' —

idem sane observandum est tum, quando illae praepositiones adverbii locum obtinent, cuius rei exemplum videmus apud Quint. Smyrnaeum. L. VII. 722.

— δμωαὶ δέ μιν ἄμφ' ἀγάσαντο· —

ubi Rhodomannus quidem ἀμφαγάσαντο legendum censet, Pauw vero lectionem illam his verbis tuetur: »ἀμ»φί hic adverbium est; *circum, undique.* Quare Rho»domanni ἀμφαγάσαντο non laudo: incongrue enim ad»verbium ἀμφί cum ἀγάσαντο iungitur. Ἀμφιέποντες »VII. 705 aliud est, ut quisque videt.«

Pag. 199 mentionem feci regulae a grammaticis traditae, anastrophen non admittendam esse, si inter id nomen, ad quod praepositio referretur, et ipsam praepositionem aliud vocabulum interpositum esset. Hoc sane Cl. Hermannus iam refellere studens haec addit: »Atque illa τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο ne intelligi quidem possunt, nisi pronuntietur ἔπι.« Huic exemplo aliud mihi liceat adjungere, quo quidem, ut mihi videtur, etiam magis adparet, regulae illi minime locum relinqui. Occurrit nimirum apud Quintum Smyrnaeum (V. 419.) hic versus:

ὡς ὄφελον μὴ τῶνδε Θέτις πέρι δῆριν ἔθηκε· — qui, si in praepositione περί anastrophe non admitteretur, ratione constructionis distincta et clarum sensum exhibeute plane careret. — Eandem de hac re sententiam fovisse videtur Heynius; etenim ad Iliad. δ, 97,

Τοῦ κεν δὴ πάμπρωτα πάρ' ἀγλαὰ δῶρα φέροιο

quo in versu praepositio παρά in Wolfiana editione accentu haud est notata, haecce adnotavit: »Schol. A. improbat, quod nonnulli πάρ' scribunt, nam esse iungendum παραφέροιο. Cui nos quidem non obtemperabimus. Est enim παρ' οὗ φέροιό κεν δῶρα.«

Pag. 243 sq. docens, dictionum encliticarum accentum in vocem antecedentem transferri non posse, nisi si aut cum accentu huius vocis in eandem syllabam concurrat, aut una ab ipso separetur mora, addidi, unum tantummodo de hac re mihi grammaticos veteres perlustranti occurrisse locum, et quidem apud Characem, quem quoque adposui: postea vero apud eundem auctorem (in libro περὶ ἐγκλινομένων) et in alium incidi, qui de eadem re his quidem verbis agit: Μέμφονται οἱ ἀκριβεῖς τὸν θέσει τροχαϊκὸν ἔχοντα δύο ὀξείας ἐφεξῆς· ἄλλός τις· καὶ εὐλόγως εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Οδυσσείας ὁ Ἀρίσταρχος οὐκ ἐβουλήθη δοῦναι εἰς τὸν ἄνδρα μοι δύο ὀξείας, ἀλλὰ μίαν εἰς τὸ αν· φάσκων ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως παράλογον οὐ μὴ ποιήσω.

In doctrina de dictionibus encliticis diversa adhuc occurrunt, quae nondum plane in luce collocata et illustrata esse videantur. Sic saltem nobis Apollon. Alexandr. Libr. II. c. 18. (p. 138) inspicientibus dubitatio moveri potest, num eae, quae traduntur, dictiones encliticae recto omnes notentur accentu. Inveniuntur enim l. l. haec verba: ἀλλὰ *) καὶ αἱ δυϊκαὶ τοῦ πρώτου καὶ

1) Atque etiam duales casus primae et secundae personae duntaxat rectum tenorem habent, nimirum propter gravem.

δευτέρου προςώπου μόνως ὀρθοτονοῦνται, διὰ τὸν τόνον τῆς βαρείας. προηυθέτισται γάρ, τὰ ἐγκλιτικὰ μόρια ἐπὶ τέλους ἔχειν τὴν ὀξεῖαν, ἢ φύσει, ἢ δυνάμει· (λέγω δὲ δυνάμει διὰ τὰ περισπώμενα·) ἵνα ἡ τοῦ τόνου ὑποστροφὴ τὸ μὲν προκείμενον ὀξύνῃ, αὐτὸ δὲ μεταστήσῃ εἰς βαρεῖαν τάσιν· ὅπερ ἐπὶ τῆς νῶϊ οὐκ ἠδύνατο ἐγγενέσθαι. — Αἱ γοῦν κατὰ τὸ τρίτον πρόςωπον μόνως ἐγκλιτικαὶ, μόνως καὶ ὀξύνονται, ἤτε σφωέ, καὶ ἡ σφωΐν· ἐπεὶ τίς ἡ αἰτία τοῦ μὴ βαρύνεσθαι αὐτάς; ὅθεν τὸ εἰμί καὶ φημί ὠξύνθη, διὰ τὴν ἐποῦσαν αὐτοῖς ἔγκλισιν· καίτοι τῶν ῥημάτων καταφερομένων εἰς τὴν ἐπὶ τέλους βαρεῖαν. Τὰ πύσματα οὐκ ἔστι ἐγκλιτικὰ διὰ τὸ βαρύνεσθαι· τά γε μὴν παρακείμενα αὐτοῖς ἀόριστα· ἐπεὶ μᾶλλον ἐν τῷ τέλει ἔσχε τὴν ὀξεῖαν. — His quidem ea adiungenda videntur, quae idem grammaticus simili fere ratione p. 261 disseruit, ubi, εἰ οὖν ἐσμέν [1]), inquit, δῆλον ὅτι καὶ

Positum enim recte est iam antea, particulas encliticas acutum habere in extrema syllaba vel natura vel potentia expressum, vel inclusum: dico autem inclusum propter ea, quae circumflectantur: ut nimirum tenor recurrendo verbum, quod antecedit, acuat, ipsam particulam in gravem transferat tenorem. Hoc autem in casu duali νῶϊ contingere non poterat. Ergo pronomina tertiae personae, quae sola inclinantur, sola etiam acuuntur; σφωέ inquam, et σφωΐν. Etenim quaenam alia est causa, cur non graventur? Hinc etiam fit, ut εἰμί et φημί acuantur, quae et ipsa possunt inclinari: quamquam caetera verba graventur in extremis syllabis. Nomina et adverbia interrogativa non sunt enclitica, quia gravantur; at infinita, quae sunt illis finitima, inclinantur: quoniam in extrema syllaba potius acuuntur.

1) Quare si dicimus ἐσμέν, dicemus etiam ἐστέ et tamen imperativum non acuitur, sed gravatur. Quid igitur aliud in ista quaestione dicendum, quam illud respondendum? Modum indicativum acui in illis, ἐσμέν, ἐστέ, quia sunt ἐγκλιτικά, hoc est, quia inclinantur; quae vero inclinantur, habent gra-

ἐστέ· (τὸ δὲ προςτακτικὸν, βαρυνόμενον.) τί οὖν χρὴ ἐπὶ τοῦ τοιούτου διαλαβεῖν; ἢ ἐκεῖνο ἀποφήνασθαι, ὡς ὀξύνεται μὲν τὸ ὁριστικὸν ἐν τῷ ἐσμέν καὶ ἐστέ, διὰ τὸ εἶναι ἐγκλιτικὰ, οἷς οὐ σύνεστι βαρὺ τὸ τέλος, καὶ ἐπειδὴ ἐν τοῖς προςτακτικοῖς ἀφίσταται ἡ ἔγκλισις, συναφίσταται καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ τέλους ὀξεῖα· ἥτις αἰτία ἦν τῆς ἐγκλίσεως. διὰ τοῦτο τὸ μὲν εἰμί ὀξύνεται, ὁριστικὸν ὂν, καθὸ ἐγκλιτικόν· οὐ μὴν τὸ ἴσθι προσταχτικὸν, καθὸ οὐκ ἐγκλιτικόν. καίτοι πάλιν τῶν εἰς θι ληγόντων προςτακτικῶν, ὁμοτονούντων τοῖς εἰς μι· ζεύγνυμι, ζεύγνυθι· εἶμι, ἴθι. ἔνθεν οὐ συγκατατίθεμαι τοῖς ἐν προςτακτικῇ προφορᾷ ὀξυτονοῦσι τὸ φαθί· συνελεγχομένοις κἀκ τοῦ τρίτου προςώπου τοῦ φάτω· ὁ δὴ ὁμότονον κατεσθὸς τῷ δευτέρῳ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, ἤλεγχε τὴν παρὰ τὸ δέον ὀξεῖαν. — Haec sane adtento animo inter se comparantes non possumus non admiratione adfici, cum videmus, τὰ σφέας, σφέων et σφίσι numero dictionum encliticarum adiungi, quamvis barytona sint, accentumque in penultima habeant; quod quidem illis plane repugnat, quae grammaticus noster de encliticarum natura tradidit, adfirmans, eas semper in ultima syllaba acuto notatas esse tenore. At vero haec nondum diiudicare, sed in medium solummodo pro-

---

vatam extremam syllabam; et quoniam in modos imperativos non cadit inclinatio, propterea tenorem etiam acutum abesse simul a syllaba extrema: qui quidem tenor erat causa inclinationis; et ideo εἰμί acuitur, quod est indicativi modi, quia inclinatur: sed imperativum ἴσθι non acuitur, quia non inclinatur: quamquam etiam imperativa in θι terminantia eundem habeant tenorem atque imperativa verborum in μι, ζεύγνυμι, ζεύγνυθι· εἶμι, ἴθι. Quare non assentior iis, qui in imperativi prolatione acuunt φαθί, hi enim simul arguuntur ex tertia persona φάτω: quae cum sequatur tenorem secundae personae, perinde atque aliae, arguit acutum non suo loco positum.

ferre volui, sententiam meam adservans, usque dum, grammaticis veteribus iterum pertractatis, mihi, pluribus forsan argumentis instructo, accuratius aliquid de hac re statuere liceat.

Haecce sufficiant ad ostendendum, me nondum omnem doctrinae de accentu linguae Graecae abjecisse curam, sed maximam potius adhuc navare operam, ut, quantum situm sit in meis viribus, conferam ad exoptatam tandem lucem huic, quae tot tantosque viros doctos exercuit, Graecae grammaticae parti accendendam. His enim similibusque rebus, quae a multis, non dico, contemnuntur, at vero negliguntur, plane illustratis, tum demum adfirmare possumus, nos perfectam absolutamque Graecae, omnes alias pulchritudine et elegantia superantis linguae adtigisse cognitionem.

Non erit a re alienum, hisce ea subiici, quae in prolusione Cat. Lect. an. 1828 praeterea de accentu Graecae linguae disseruimus, docentes, nos in legendis libris oratione pedestri conscriptis eas syllabas cum accentu pronuntiare debere, supra quas a grammaticis eius notas invenimus collocatas.

Alio quidem loco [1]) fusius iam accuratiusque de accentus linguae Graecae natura et indole egimus, atque ostendere studuimus, in legendis libris oratione pedestri scriptis eam uniuscuiusque vocis syllabam cum accentu esse efferendam, quam a grammaticis apice invenimus insignitam. At enim vero quum haud pauci sint, qui hancce rem adhuc in dubitationem vocent, non est, quod vereamur, ne a proposito videamur aberrare, breviter

1) **Die Lehre von dem Accent der Griechischen Sprache, ausführlich entwickelt. Helmst. 1807.**

si hic quoque ea adtingimus, quae illi rei dilucidandae maxime possint inservire. Rationum vero, quibus permulti Graecae linguae quam maxime gnari adducuntur, ut in ea legenda pronuntiandaque apices minime esse curandos observandosque censeant atque contendant, primariae hae sunt. Plurimi, quae accentus sit natura et quid ille sibi velit, prorsus ignorant. Est vero accentus caementum quasi, quo syllabae plures conglutinantur atque inter se conjunguntur, ita ut adpareat, eas unum solum constituere vocabulum, uni notioni exprimendae inserviens [1]); unde iam per se patet, linguarum cuique opus esse accentu, neque ullam eo posse carere. Iam vero quum omnes fere, qui in lingua Graeca ediscenda docendave occupati sunt, primum Latinae operam suam navarint, recentiorumque linguarum, et inprimis earum, quarum studio praecipue intelligere possent, quantopere linguae in vocabulorum accentu notandorum efferendorumque ratione a se invicem differant, non admodum sint periti, haud est, quod miremur, eos sibi persuasum habere, legem, quam Latini in syllabis acuendis sequuti sint, etiam in lingua Graeca servandam esse. At enim hunc errorem iam ipse Quintilianus eis eripere posset, qui, de accentu quum agit [2]), legis, monet, ad quam in singulis vocibus syllabae acuendae sint, observationem apud Graecos difficiliorem esse, apud Romanos vero rationem brevissimam; hancce igitur qui ad Graecam linguam transferre velit, eum praepostere agere, perspicuum est manifestumque.

Linguarum quaeque, ut iam monuimus, quam in syllabis per accentum notandis sequatur, propriam suam peculiaremque habet legem. Apud Franco-gallos e. g. in omnibus vocibus, iis exceptis, quae litera, quam *e*

1) Praeclare inde Diomedes II. p. 425 „Accentus inquit, ut quidam recte putaverunt, velut anima vocis est."

2) De instit. Orator. I, 5, 29.

muet nominant, terminantur, ultima acuitur syllaba, quod sane adhuc in nulla traditum invenimus grammatica. In vernacula lingua illa syllaba, — pauca si excipias vocabula, ea e. g. quae in *ei* exeunt, — cuiuscunque vocis cum accentu pronuntiatur, cui illa subjecta est notio, quam ut accuratius definiant circumscribantque, reliquae syllabae additae sunt atque adiectae. Plane diversa ratio est illa, quam Angli sequuntur, eiusque observatio adeo difficilis, ut ne ii quidem, qui linguam Anglicam optime callent, de syllaba acuenda in omnibus vocabulis consentiant. Haud igitur est, quod miremur, Grammaticos, qui de Graecae linguae accentu egerunt, in definienda syllaba, quae cum accentu pronuntianda sit, in nonnullis vocabulis a se invicem discrepare.

Sed redeamus ad superiora: etenim quo ii, qui in Graeca lingua legenda accentuum notas a grammaticis syllabis adpositas non curandas esse adfirmant, id ut faciant, praecipue adducuntur, in eo quaerendum est, quod sibi persuasum habent, Graecos eandem syllabarum acuendarum legem esse sequutos, quam Romani observarunt; atque quum in Latina lingua syllaba penultima semper acui debeat, si longa sit, eandem rationem etiam in Graeca lingua putant esse servandam, et in voce ἄνθρωπος e. g. non antepenultimam, sed penultimam cum accentu pronuntiandam. At profecto si vernaculae modo linguae memores essent, plane aliter iudicarent; quot enim in hac ipsa occurrunt vocabula, quorum syllaba antepenultima acuitur, quamvis penultima sit longa, e. g. *Óbstbäume, ábreissen, wégreissen, úngläubig, ábreiben, áufstreiben* etc. Latet nos quidem, qua pronuntiandi ratione Graeci vocales longas a brevibus distinxerint; at enim vero id nos haudquaquam inducere debet et potest, ut ea reiiciamus repudiemusque, quae tot grammatici de ea, quam Graeci in syllabis acuendis observarunt, tradiderunt lege. Neque est, quod eo offendamur, quod saepe syllabae brevi apex adpositus, illaque igitur

cum accentu exprimenda est. Quid enim? nonne etiam in lingua Latina ex eius ipsius legibus syllaba brevis cum accentu saepe efferenda est, quemadmodum in *legitimus*, *legibilis*, *prohibeo*, *purpureus*, *recubitus*, *retiolum*, *Nysiacus*, *Oeniadae* etc., ut ea vocabula, quae duabus syllabis constant, sicut *Déus*, silentio praetermittamus?

Iam vero hic alia, quam adtingamus, nobis se offert res. Sunt, qui putent, in Graeca lingua post eiusmodi syllabam brevem in vocalem exeuntem atque acuendam sequentis syllabae consonantem in vocabulo pronuntiando esse geminandam: verum enim vero ne moneamus, hoc si recte se haberet, in lingua Latina id quoque observandum esse, — in qua tamen nos quidem neminem adhuc audivimus verba *legibilis*, *purpureus* etc., ita efferre, ac si *legibbilis*, *purpurreus* etc. scripta essent, — qua tandem ratione βάλε a βάλλε, ὅτι ab ὅττι dignosci posset, quae vocabula a Graecis pronuntiatione quoque a se invicem fuisse distincta, vix credimus, quemquam fore, qui dubitet. Sed hanc rem ne urgeamus, quam intelligimus viros doctos non fugisse, quid de pronuntiatione eorum vocabulorum statuendum est, in quibus syllabam brevem cum accentu efferendam atque vocali terminatam syllaba sequitur, cuius prima litera quoque vocalis est, v. c. κλέος, ἐπέεσσι, ἀφόωντα, εὐρύοπα, πεδίοιο, κραδάων etc.? et quo sono pronuntiatae sunt eaedem vocales ante eiusmodi syllabam in syllabis longis producendisque, e. g. παλίωξις, ἰάομαι, ἀάατος etc.? Quod si ingenue fateamur necesse est, hoc nos prorsus latere, id tamen pro certo adfirmari potest, in legendis libris oratione pedestri conscriptis nos utique eas syllabas cum accentu pronuntiare debere, supra quas a grammaticis eius notas invenimus collocatas.

II.

DE ARTICULI GRAECAE LINGUAE ORIGINE,

NEC NON

DE IPSIUS USU APUD HOMERUM.

MDCCCX.

Nihil profecto est, quod maiorem in linguis ediscendis nobis adferre possit utilitatem, quam recta, accurata et perspicua partium, quas dicunt, orationis cognitio; nec mihi a vero aliena proferre videor, adfirmans, omnes, quae grammatica philosophica continentur, regulas hac cognitione tamquam firmissimo niti fundamento, totumque grammatices studium absque illa vani esse laboris, nullosque nos inde fructus posse percipere, nisi illorum sermonis elementorum naturam plane perspexerimus. Quam maxime igitur dolendum est, quod grammaticarum, in quibus Graecae Latinaeque linguae regulae pertractatae atque expositae sunt, auctores earum, quas philosophici linguarum investigatores nobis proposuerunt, partium orationis definitionum nullam fere habuerunt rationem, quum sane id agere debuissent, ut eas quam maxime claras, perspicuas, et omnibus suis numeris perfectas redderent absolutasque. Quid enim est, quod magis linguarum studiosos perturbet, maioremque illis facessat laborem, quam si innumera illa, quae in usu et constructione s. compositione infinitivi, participiorum gerundiorumque cum reliqua oratione observanda sunt, praecepta sibi proponi vident, quibus, ut iustas partium illarum orationis acquirerent notiones, numquam contigerit. Quas quidem licet animus minime refugiat

accuratius uberiusque iam nunc explicare atque evolvere, in aliud tamen id differendum credidi tempus, ne nimis longe a proposito aberrarem, ea ex grammatices philosophicae praeceptis proponere contentus, quae ad articuli Graecae linguae, quem Grammatici antiqui praepositivum vocant, naturam indolemque enucleandam plane sunt necessaria. At vero id priusquam adgrediamur, origo articuli summatim universimque videtur investiganda, ita ut non Graecae solum linguae habeamus rationem, sed linguas simul respiciamus recentiores, ut ad veritatis lucem illas cum Graeca comparando eo certius accedamus.

Primum igitur ad illam nos convertamus linguam, quae, quamvis per se ipsa, quum naturali illa vi et gravitate, qua e. g. lingua Anglicana et Germanica excellunt, ut celeberrimi, qui ea usi sunt, scriptores testantur, plane orbata sit, non magnopere intentiore studio digna videatur, tamen nostris temporibus omnibus illis, qui ad altiora nituntur, scitu quam maxime necessaria est, Francogallicam scilicet, et videamus, unde articulus ille, qui a Grammaticis parum accurate *finitus* adpellatur, originem traxerit. Sunt vero huius articuli duae formae, quarum altera masculinum, altera vero femininum genus indicatur, *le* scilicet et *la.* Quis est, qui non videat, has voces re vera nihil aliud esse, nisi ultimas syllabas pronominis demonstrativi *ille*, *illa*, ideoque, si ad ipsarum originem respicimus, nullam aliam proprie habuisse significationem, quam quae illi pronomini in Latina lingua fuerit adtributa, eam nimirum, ut rem indigitaret, de qua loquimur, et quam a caeteris eiusdem generis rebus distinguere cupimus. Quod si iam ad linguam Italicam progredimur, eadem sane ratione articulum in ipsa reperiemus formatum, ita videlicet, ut a pronomine illo, cuius paulo ante mentionem fecimus, deductus sit, et alterutram ipsius nobis exhibeat syllabam, eaque constet. Articulus enim, linguae

Italicae finitus, de quo solo hic agitur, in masculino genere duas formas habet, *il* et *lo*, quae ultima vox, ad genus femininum indicandum, in *la* mutatur. Ita sane solis luce clarius est, et Francogallicae et Italicae linguae articulum a Latina originem traxisse lingua, quae ipsa eo caret, solisque nominibus adpellativis, tota proprie genera seu potius proprietates totis generibus communes significantibus, ad individuum aliquod indigitandum sine ullo utitur additamento. Lingua vero Anglicana, et ea, qua nos gloriamur, minime hoc defectu laborant, sed articulum formarunt adsumseruntque finitum, qui eadem ratione, ut in Gallica et Italica lingua, a pronomine demonstrativo derivatus est, in Anglicana a pronomine Anglo-Saxonicae linguae *the* [1]), et in Germanica a voce *der*, quae et pronominis demonstrativi et articuli vicem sustinet.

Quibus quidem praemissis ad Graecam, quae copia verborum, elegantiaque et varietate constructionis omnes reliquas antecellit, nos convertamus linguam, videamusque, quid de finiti, s. ut grammaticarum Graecarum auctores ipsum adpellant, praepositivi articuli origine

---

1) Reperitur hoc pronomen in versione dominicae orationis Anglo-Saxonica, cuius auctor Saeculo octavo p. C. n. vixisse videtur; v. Kinderling Geschichte der Nieder-Sächsischen oder sogenannten plattdeutschen Sprache. Magdeb. 1800. p. 191. — Versio quidem ipsa haec est: *Thu ure fader, the art on heofonum. Si thin noman gehalgod. Cume thin rike. Si thin willa on eorthan swa on heofonum. Syle us to dag urne daegwanlican hlaf. And forgif us ure gylter, swa we forgifat tham the with us agyltath. And ne laed thu na us on kostnunge. Ac alys us fram yfele. Si hit swa.* v. Freher in Monument. vet. Heidelb. 1619. 4. — Boxhorn in rudimentis relig. Christ. — Eccard in Catechesi Theotisca. p. 201. — Schilter in Monum. Catechet. T. II. — Thes. Antiquit. Teut. P. 2. p. 76 et 82. — Willenbüchers practische Anweisung zur Kenntniss der Hauptveränderungen und Mundarten der teutschen Sprache. Leipzig 1789. p. 125.

statuendum sit. At enim si a vero hac in re non aberrare, idque omnino indagare investigareque volumus, vetustissima scriptorum Graecorum monumenta inspiciamus necesse est, praecipue vero praeclara illa, quibus Homeri nomen inclaruit, poemata. Quae quidem si evolvimus, in unaquaque fere pagina invenimus loca, quae nos docent, articuli praepositivi vim initio nullam aliam fuisse, ipsumque nullam aliam habuisse significationem, quam quae postea pronominibus demonstrativis vel demonstrativo-relativis fuerit adtributa [1]). Supervacaneum esset, multa ad hoc probandum allegare loca, quum numerus eorum fere infinitus sit, sufficiatque unum alterumve in medio proponere. Exemplo vero ea, quae diximus, comprobantia in primis Iliados reperiuntur paginis, ubi haec legimus:

I. 11. *οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα*
'Ατρείδης· ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας 'Αχαιῶν —
I. 29. *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν*
ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ —

1) Minime igitur audiendi sunt ii, qui adfirmant, articulum praepositivum interdum vicem pronominis obire (v. Vollständige Griech. Sprachlehre. Leipzig 1802.), quum dicere debuissent, illum hanc primitivam vim nonnumquam retinere, id quod quoque *Reiz* in libro de prosodiae graecae accentus inclinatione p. 7 innuit, ubi quaedam ad articulum spectantia pertractans haec adfert: „Non solent Attici scriptores articulum „hunc ita simpliciter hac potestate adhibere. Itaque librarii, „quibus consuetudo Attica notior et familiarior erat, in descri„bendo Herodoto, cuius lingua retinuit illum simplicem usum „pronominalem articuli, sed eius duntaxat a *τ* incipientis, non „pauca loca male deformaverunt. 3, 43. *τοῦ δε εἵνεκα ταῦτα* „*ἐποίεε, ἵνα κ. τ. λ.* Legit Abreschius, *τοῦδε δὲ εἵνεκα* „probante Wesselingio. Erat scribendum *τοῦ δὲ εἵνεκα.* 9, 25. „*τῶνδε εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίευν.* Malit Wesselingius, „*τῶνδε δὲ εἵνεκα.* Oportet scribi, *τῶν δὲ εἵνεκα.*" — V. quoque *Buttmann.*

quibus versibus adhuc sequentes addamus;

Il. β, 243. ὣς φάτο, νεικείων Ἀγαμέμνονα, ποιμένα λαῶν,
Θερσίτης, τῷ δ' ὦκα παρίστατο δῖος Ὀδυσσεύς.

Il. η, 379. ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἠδ' ἐπίθοντο.

Il. γ, 379. αὐτὰρ ὁ ἄψ ἐπόρουσε, κατακτάμενος μενεαίνων
ἔγχει χαλκείῳ·

Sed quid pluribus immoremur exemplis colligendis adponendisque, quum luce ipsa clarius sit, voci illi, cui postea nomen articuli praepositivi inditum est, principio vim tantummodo pronominis demonstrativi vel demonstrativo-relativi fuisse subiectam, ipsamque paulatim deinde eam, qua articuli natura indolesque continetur, adsumsisse accepisseque significationem. Jam vero singulari opus est disquisitione, ut planum faciamus, quae vis proprie articulo inhaereat, et qua de causa eae linguae, quas excultioribus nos licet adnumerare, ipsum adsciverint. Cui quidem rei ut necessariam adferamus lucem, non singulas nostrae contemplationi subiicere debemus linguas, sed statim ad ea convertere animum, quae grammatices philosophicae de ea nos docent praecepta. His igitur magistris edocemur, ad diversa primum, quae exstant, substantivorum nobis adtendendum esse genera, quae quidem ex notionibus singulis substantivis subiectis constitui debent. Iam vero si illas accuratius expendimus, reperimus, ipsas partim eis notionibus, quae a philosophis adpellantur concretae, partim eis adnumerandas esse, quibus nomen abstractarum impositum est; unde clarum fit, etiam substantiva in abstracta et concreta esse dividenda [1]). Ea vero substan-

---

1) Ea substantiva, quae a grammaticis recentioribus *abstracta* atque *concreta* adpellantur, olim *incorporalia* et *corpo-*

tiva, quae notiones concretas exprimunt, iterum in tres dividi possunt classes, quarum prima ea continet substantiva, quae nomina propria adpellantur, quia singulis indita rebus ipsarum quasi propria sunt. Secunda vero classis ea comprehendit substantiva, quae non singulas in sensus nostros incurrentes res, sed proprietates potius designant, quae omnibus ad unam classem pertinentibus rebus communes sunt; quae quidem substantiva nomina adpellativa nominantur. Ad tertiam denique classem ea pertinent substantiva, quae non singulas res, nec proprietates pluribus ipsarum communes, sed, ut hac voce utar, massas significant, in quibus individua, ut a dialecticis nominantur, aut omnino non distingui possunt, aut saltem, id ut fiat, non merentur. His quidem substantivis nomen collectivorum impositum est [1]).

---

ralia nominata sunt; *nomina adpellativa* vero a veteribus grammaticis in *generalia* atque *specialia* subdivisa esse, e locis hic adpositis adparet: „Corporale nomen, vel Incorporale grammatici ita definierunt, ut Corporale sit, quidquid videtur et tangitur, ut *lapis;* Incorporale, quod non videtur et tangitur, ut *pietas.*" Serv. Mar. Honorat. in sec. Donati edition. interpret. v. Grammat. Latin. auct. antiq. oper. Hel. Putschii. Hanov. 1515. p. 1781. — „Appellativorum autem multae sunt species — Sunt enim quaedam Corporalia, ut *homo* — alia Incorporalia, — ut *virtus.*" Priscianus l. c. p. 579. — „Sunt nomina generalia, in quibus species continentur, ut *animal;* sunt specialia, ut *canis, homo, equus.*" Sergius l. c. p. 1841. — „Nomen generale est, quod in diversas species potest dividi, ut *animal, arbor;* speciale est, quod a genere dividitur, ut *homo, equus, vitis, laurus.*" Priscianus l. c. p. 581. — Nomen Collectivum, eodem Grammatico auctore, est id, quod in singulari numero multitudinem significat, ut *populus, plebs, concio;* proprium vero, quod naturaliter uniuscuiusque privatam substantiam et qualitatem significat, et in rebus est individuis, quas philosophi atoma vocant, ut *Plato, Socrates.*

1) Ita quidem olim substantiva censebamus esse dividenda. Iam vero re accuratius perpensa substantiva concreta in quinque

Iam vero his accuratius expositis et perpensis non est difficile diiudicatu, quem articulus habeat usum, et cui rei inserviat: diversa enim illa, quorum iam mentionem feci, substantivorum genera diligentius considerantes, videbimus, non omnia articulo indigere, sed maiorem fere eorum numerum ex grammatices philosophicae praeceptis absque illo poni debere. Huc pertinent primum nomina propria, deinde illa, quae collectiva nominantur, tandemque omnia ea, quae substantivorum abstractorum nomine comprehenduntur, ita ut tantummodo nomina adpellativa tamquam ea consideranda sint, quorum causa maior linguarum numerus articulum finitum adsciverit. Nomina propria enim designant singulas res; unde adparet, illarum quamque suo ipsius nomine iam ab omnibus reliquis distingui rebus, nomenque hoc nullo addititio egere verbo ad rem designatam accuratius definiendam [1]). Nomina collectiva, ut

---

nobis distribuenda videntur classes, et quidem in nomina propria, adpellativa, collectiva, universalia et materialia (vid. Gramm. nostra Lingu. Angl. §. 236.); quia vero in nostra disputatione nihil hac descriptione mutatur, eam hoc loco sufficiat significasse, praecipue quia in sequentibus accuratius de ea erit exponendum.

1) Hoc iam ex parte innuit Apollonius Alexandrinus, qui (I, 34. p. 74) haec habet: *ὅτι δὲ τὸ ἄρθρον αἴτιόν ἐςι τῆς παρεμφάσεως τοῦ πλήθους, συμφανὲς ἐκ τοῦ ἀποβαλλομένου ἄρθρου· [ὁ γυμνασιαρχήσας Πτολεμαῖος ἐτιμήθη·] καὶ πάλιν, τοῦ ἑνὸς νοουμένου Πτολεμαίου, γυμνασιαρχήσας Πτολεμαῖος ἐτιμήθη* (Quod autem articulus faciat, ut multitudo significetur, hoc facile cognoscitur, si articulus idem tollatur: *ὁ γυμνασιαρχήσας Πτολεμαῖος ἐτιμήθη·* et rursus, cum unus intelligitur Ptolemaeus; *γυμνασιαρχήσας Πτολεμαῖος ἐτιμήθη.*) — et p. 75. *τὰ κύρια, διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς ἰδιότητα, οὐκ οὕτως προςδέεται τοῦ ἄρθρου, καθάπερ τὰ κοινὴν ἔννοιαν ἔχοντα. δυνάμει*

supra vidimus, sunt ea, quae massis imposita sunt, quae quidem partibus, minime vero individuis constant; et his igitur nominibus quoque, nisi diversas eiusdem rei respiciunt species, additamento non opus est, quo accuratius designentur. Sic etiam se res habet quoad substantiva abstracta, quibus articulus proprie non addi potest, nisi notiones, quae per ea exprimuntur, ita comparatae sunt, ut quasi in genera dividi possint. Quodsi in una alterave lingua haec grammatices philosophicae praecepta negliguntur, inde non est, quod colligamus, illa vero haud esse consentanea, vel saltem de eorum veritate posse dubitari; peculiari hoc potius adtribuendum est linguarum indoli, quae interdum, quo minus praecepta illa observentur, impedimento est, id quod e. g. in lingua Germanica tunc usu venit, si nominis proprii, quod ex parte indeclinabile est, casus aliquis ope articuli indicari debet. Sic quoque in lingua vernacula substantivis abstractis articulus praeponi solet, si notionibus per ipsa expressis rerum per se exstantium naturam subiicere volumus, sicut idem in nominibus collectivis fieri solet, si res per ipsa designatas tamquam totum aliquod consideramus exhibemusque: id quod longe aliter in Anglicana se habet lingua, quae ante substantiva modo nominata articulum plane respuit.

Nomina adpellativa igitur ea sunt, quae articulum reddunt necessarium, nec absque eo, nisi perspicuitatem orationi deesse volumus, ubivis adhiberi possunt. Latinus quidem sermo articulum plane ignorat; at quis est, qui nesciat, quanta inde interdum obscuritate offundatur? Nomina adpellativa enim, ut iam monuimus,

---

γὰρ συςέλλεται ἐκ τῆς πολλῆς ποιότητος τῇ παραθέσει τοῦ ἄρθρου. (Nomina propria, propter insitam proprietatem, non ita indigent articulo, sicut ea, quae de universo aliquo genere dicuntur, quae potestate sese contrahunt ex multa qualitate articuli adiectione.)

non singulas significant res, sed proprietates, quae omnibus ad idem genus vel eandem speciem pertinentibus rebus sunt communes. Quodsi igitur harum rerum unam alteramve designare, adtentiorique considerationi auditorum aut lectorum obiicere volumus, tunc sane nobis verbo opus est, quod nomini adpellativo, ad rem eo significatam a ceteris eiusdem generis vel speciei distinguendam, addamus; et huic iam inservit rei articulus finitus, cuius vis in eo sita est, ut de innumeris illis, quae idem genus vel eadem species complectitur, individuis, quibusque singulis multis de causis, et praesertim ideo, quia tunc vita humana ne uni quidem linguae ediscendae suffecisset, proprium non potuit imponi nomen, id, de quo loquimur, indicet designetque [1]) At vero iam ostendimus, regulas illas, quae nobis in grammaticis philosophicis traduntur, in singulis non semper observari linguis, sed potius persaepe negligi, id quod eo minus in articuli usu mirandum est, quum ipse in nulla lingua, quantum nobis quidem coniicere licet, statim ab initio exstiterit, sed paulatim tantummodo, et linguis ad perfectionem absolutionemque magis magisque

1) Magnopere igitur in articulo definiendo ex parte saltem errat Philippus Melanchthon, qui (Gramm. Graec. Lips. 1580. p. 28 sq.) de ipso haec tradit: „Ἄρθρον Graeci ab ἀρτάω derivant, auctore Manuele Moschopulo, quod hoc orationis membra cohaereant, nominum casus ac genera internoscantur. Minuta sermonis particula, sed quam si tollas, nihil aptum, nihil integrum, nihil sonabis decens. Ut enim articuli membrorum concinnant corporis molem; ita his articulis orationis partes discriminatas compingimus. Ignorat articulum omnino Latinus sermo, quare Latinis vocibus reddi aut exponi nequit. Nam quod Grammatici nominum declinandorum casibus addiderunt *hic, haec, hoc,* docendi gratia fecere, non quod sermo Latinus hos haberet articulos. Germanicus sermo habet articulum, nec Graeci articuli vim exacte cognoveris, nisi ex Germanico idiomate, etsi neque hoc Graeci articuli proprietatem prorsus exprimit."

tendentibus, in ipsas sit introductus. Minime igitur est, quod admiratio nostra moveatur, si praecipue apud Homerum, cuius opera vetustissima Graiae Camenae monumenta sunt, eas regulas non invenimus observatas, quas seriores, quibus Graecia inclaruit, scriptores in articulo adhibendo secuti sunt; si quasi vestigia modo huius in linguam Graecam vixdum introductae partis orationis apud ipsum nobis adparent, et si ipsius usus in poetae illius carminibus adhuc tam dubius et fluctuans, et omnino non est firmatus. Articuli vero usum Homeri temporibus iam fuisse cognitum, minime dubitari potest, quum in innumeris apud ipsum occurrat locis, quod quidem probandum demonstrandumque suscipiam, simulac ea adposuero atque pertractavero, quae recentiores, qui mihi innotuerunt, scriptores de articuli usu apud Homerum tradiderunt. Quem vero hic prius nominem, quam ill. *Heyne*, hunc Musarum antistitem, veritatisque adeo amantem, ut nec illis, quos a suis opinionibus discrepare videt, benevolum deneget animum, si modo, quid in quaque re verum sincerumque sit, quaerendi atque investigandi studio sint incensi [1]). Is sane Vir, mihi maximopere colendus, articulum credit Homero plane incognitum fuisse, id quod ipse pluribus declarat locis, praecipue in excursu ad Homer. Il. ρ [2]), ubi haec leguntur: »Articulum ab Homero non agnosci, et esse »ei ὁ pro αὐτός, ἐκεῖνος, satis nunc decantata est ob»servatio, firmata disputationibus virorum doctorum, et »nuper Wolfii V. C. praef. pag. XXVII (quem locum »inspicere mihi non licuit) Koeppen Tom. I. pag. 303. »Monitum de eo est iam a grammaticis, in his ab Apol-

1) „Proponuntur haec a me, non ut pro arbitrio quidquam pronuntiem, verum ut alii habeant, de quo amplius quaerant, num quid firmiter satis constitui possit.“ Heyne in observ. ad Hom. Carm. T. VII. p. 423.

2) Homer. Carm. cur. Heyn. T. VII. p. 422.

»lonio de Syntaxi pag. 43 et loco noto Plutarchi Plat. »quaest. pag. 1010 [1]). Notatum quoque est ibidem, in »locis nonnullis Homericis perperam articulum esse in»trusum, idque mihi nunc multo magis constat exemplis, »in quibus eum vidi a melioribus libris abesse: ut mihi »ipse displiceam, quod eum non ubique constanter eieci. »Oblitus quoque sum monere ζ, 41. ᾗ περ οἱ ἄλλοι »ἀτυζόμενοι φοβέοντο, fuisse videri ᾗπερ ἄρ vel ἄν »ἄλλοι. hoc ut Od. μ, 81. ᾗπερ ἂν ὑμεῖς νῆα παρὰ »γλαφυρὴν ἰθύνετε. Etiam in locis, in quibus articu»lus sine versus vitio tolli nequit, gravis oritur suspicio »de versu adventitio. Ita δ, 42. μήτι διατρίβειν τὸν »ἐμὸν χόλον, ἀλλά μ' ἐάσαι vix dubitem, versum esse »spurium, quod et docet novus usus τοῦ διατρίβειν. »Omiserat poeta apodosin ipsa pronuntiatione, nutu et »gestu supplendam: ut alibi eodem modo factum vide»mus, v. c. α, 135, 136. At δ, 1. οἱ δὲ θεοὶ accipien»dum est per interpretationem, at illi, dii inquam, οἱ »δὲ, θεοὶ, πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι. Praecesserant extremo »libri tertii versu: ὥς ἔφατ' Ἀτρείδης, ἐπὶ δ' ᾔνεον »ἄλλοι Ἀχαιοί. In aliis locis est fere, ut Latinum, »*quod ad illud attinet*, σ, 21. κεῖται Πάτροκλος — ἀτὰρ »τά γε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ.«

»An Attica forma loquendi οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, pro

---

1) Ὅμηρος ἐπέων κόσμῳ περιγενόμενος, ὀλίγοις τῶν ὀνομάτων ἄρθρα ὥσπερ λαβὰς ἐκπώμασι δεομένοις, ἢ λόφους κράνεσιν ἐπιτίθησι. διὸ καὶ παράσημα τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς ταῦτα ποιεῖ, γέγονεν, ὡς τό·

Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε.
Τῷ Τελαμωνιάδῃ:

καὶ τό·

Ποίεεν, ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο.

καὶ βραχέα πρὸς τούτοις ἕτερα. τοῖς δ' ἄλλοις μυρίοις οὖσιν ἄρθρου μὴ προσόντος οὐδὲν εἰς σαφήνειαν, οὐδὲ κάλλος, ἡ φράσις βλάπτεται.

»ὁ Σωκράτης, iam ab Homero frequentata sit, etiam-»num quaero. Nondum vidi exemplum, in quo non pro-»prio modo accipi possit de iis, qui alteri adstant. Sic »ι, 81. φυλακτῆρες — ἀμφί τε Νεστορίδην Θρασυμή-»δεα — γ, 146. οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον — sunt adstantes, »nam sequuntur cum illis Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ. »μ, 136 sq. οἱ δὲ - ἕκιον Ἄσιον ἀμφὶ ἄνακτα κ. τ. λ. »At ζ, 436 sq. sunt versus suspecti.«

His sane ea fere respondent, quae ad Il. α, 11 — οὕνεκα τὸν Χρύσην — in observationibus [1]) adnotata sunt, ubi haec leguntur: »Homerum articuli praepositivi »usum ignorasse, in confesso est; utique eo, quo mox »Attici nominibus eum praemittunt. Nam utitur eo tan-»tum, ut aut postpositivi articuli aut pronominis demon-»strativi vicem, aut maiorem quandam vim habeat. Fa-»cit itaque molestiam articulus h. l. nam parum commo-»de exponi potest ἐκεῖνον τὸν Χρύσην. Grammaticus in »Schol. observat tantum hoc, quod ex vulgari consue-»tudine esse debuisset alio verborum ordine τὸν ἀρητῆ-»ρα Χρύσην· (vel τὸν Χρύσην τὸν ἀρητῆρα). Monuit de »his Wolf. V. C. cum aliis. Multa tamen disputare ni-»hil adtinet, quia nihil expediri potest, cum in tam an-»tiquo poeta grammaticam subtilitatem frustra ubique »requiras. Est emendatio viri docti in Biblioth. Critic. »T. I. P. II. p. 32. οὕνεκά τοι χρ. Sed divinare lice-»ret plura: οὕνεκ' ἄρα, ut η, 140. λ, 79. οὕνεκα δή. »Cum excidisset particula, serius seu librarius seu cor-»rector ex seriore usu τόν interposuisse videri potest. »Omnino in primis libris, maxime in rhapsodia α plu-»rima ad vulgarem usum deflexisse grammaticos suspi-»cor. Sunt tamen aliquot alia loca, in quibus nec mi-»nus articuli serior usus deprehenditur: ut infra 33. ἔδ-»δεισε δ' ὁ γέρων. 106. 107. τὸ κρήγυον, τὰ κακά. »Sane in his ac similibus assequi saltem licet, quomodo

1) Hom. Carm. T. IV. p. 12 sq.

»usus articuli serius invaluerit: nam possunt illa esse »τὸ, pro ὅ, ἐκεῖνο ὃ γρήγυόν ἐςι· τὰ κακὰ, pro ἅ, »et sic alia.« — Inde quoque ad Il. α, 33 et 35 pro ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων et pro ἠρᾶϑ' ὁ γεραιός legendum esse censet ἔδδεισεν δὲ γέρων et ἠρᾶτο γεραιός. Vid. etiam ad Il. α, 65. 106. 107. 340 et alibi.

His non absona sunt ea, quae *Koeppen* in adnotationibus ad Il. α, 9 refert, ubi adfirmat vocem ὁ, ἡ, τό apud Homerum nondum articulum esse, sed pronomen tantum demonstrativum, id quod pluribus in appendice ad Vol. I. adnotationum in Homerum probare studet, ubi de articuli usu apud Homerum haec tradit [1]): »Damals, als Homer sang, fingen die Griechen bereits an, »das ursprüngliche Pronomen demonstrativum rei prae»sentis et definitae zur näheren Bestimmung des schwan»kenden Begriffs des Substantivs in nöthigen Fällen zu »gebrauchen. Aber erst im Herodot finden wir es als »eigenen Redetheil, als Artikel, nach dem Sprachge»brauche völlig bestimmt. Daher im Homer

»*a*) häufig Substantiva ohne diesen bestimmenden »Artikel stehen, wo jeder spätere Griechische Scribent »ihn nicht weglassen durfte, wie *Ilias* α, 94. ἕνεκ' ἀρη»τῆρος. Hier musste ein Attiker durchaus sagen: ἕνε»κα τοῦ ἀρητῆρος, so wie er sagen musste ὁ μάντις, »93. τὴν ϑύγατρα, τὰ ἄποινα, τὰ ἄλγεα, τῷ πατρί, »τὴν κούρην.«

b) »Findet man ihn gleich dem Pronom. demonstrat. »der Lateiner *hic*, *haec*, *hoc*, nur da mit Substantivis »verbunden, wo es zur Vermeidung einer Verwirrung »nöthig war, z. B. γ, 40. πόλιν ἐξαλαπάξαι τὴν ἐϑέλω, »ὅϑι — f. ταύτην, ὅϑι. Il. λ, 659. βέβληται ὁ Τυδεί»δης, verwundet ist dieser Sohn des Tydes, ille *Tydi»des*. δ, 339. ἀλλὰ τὸν υἱόν, aber diesen Sohn. Und

---

1) Koeppens Anmerkungen zum Homer 1787. 1r Bd. p. 302.

»anders als δεικτικῶς weiss ich das τὸν Χρύσην α, 11.
»nicht zu erklären.«

c) »Daher kann es als wirkliches Pronomen sogar »ohne Substantiv stehen, wie *Il.* α, 597. ὁ — ᾠνοχόει.«

d) »Daher kann es auch als Pronom. relativ. ge»braucht werden, weil dieses ebenfalls den Begriff des »Substantivs näher bestimmt, wie *Il.* α, 36.«

e) »Weil man aber den Vortheil des Pronom. ὁ, »ἡ, τό, schon dunkel empfand, so findet man es auch »schon hin und wieder als wahren Artikel gebraucht, »so dass im Homer dieser Sprachgebrauch sich bildet, »nur noch nicht fixirt ist, z. B. *Il.* γ, 94. οἱ ἄλλοι; da»gegen β, 1. ἄλλοι θεοί: aber δ, 1. wiederum genauer »οἱ θεοί, und 42. τὸν ἐμὸν χόλον.«

His tandem, ut eius, quam Homerus in adhibendo articulo secutus sit, rationis cum usu articuli, qui apud recentiores scriptores obtinuerit, institui possit comparatio, locum adiungit Platonis [1]), ubi ea, quae Il. libr. I. v. 11—42 continentur, pedestri oratione s. ἄνευ μέτρου his quidem narrantur verbis: ἐλθὼν ὁ ἱερεὺς εὔχετο ἐκείνοις μὲν τοὺς θεοὺς δοῦναι, ἑλόντας τὴν Τροίαν, αὐτοὺς δὲ σωθῆναι. τὴν δὲ θυγατέρα οἱ αὐτῷ λῦσαι, δεξαμένους ἄποινα, καὶ τὸν θεὸν αἰδεσθέντας. τοιαῦτα δὲ εἰπόντος αὐτοῦ, οἱ μὲν ἄλλοι ἐσέβοντο καὶ συνῄνουν. ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἠγρίαινεν. ἐντελλόμενος νῦν τε ἀπιέναι, καὶ αὖθις μὴ ἐλθεῖν. μὴ αὐτῷ τό, τε σκῆπτρον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ στέμματα οὐκ ἐπαρκέσοι πρὶν δὲ λυθῆναι αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, ἐν Ἄργει ἔφη γηράσειν μετὰ οὗ. ἀπιέναι δὲ ἐκέλευε, καὶ μὴ ἐρεθίζειν, ἵνα σῶς οἴκαδε ἔλθοι. ὁ δέ πρεσβύτης ἀκούσας ἔδεισέ τε καὶ ἀπῄει σιγῇ. ἀποχωρήσας δ' ἐκ τοῦ στρατοπέδου, πολλὰ τῷ Ἀπόλλωνι εὔχετο, τάς τε ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλῶν, καὶ ὑπομιμνήσκων καὶ ἀπαιτῶν εἴ τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήσεσιν ἢ ἐν

1) De Republ. III, Tom. VI. p. 275. ed. Bipont.

ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο. ὧν δὴ χάριν κατεύχετο τίσαι τοὺς Ἀχαιοὺς τὰ ἃ δάκρυα τοῖς ἐκείνου βέλεσιν.

Reizius quoque libro de prosodiae Graecae accentus inclinatione quaedam articuli usum apud Homerum adtingentia inseruit, quae hic non debent praetermitti. Ipsius quidem verba haec sunt [1]: »Pagina 15 loquens »de usu articuli praepositivi eo, quum nomen, quod se- »qui debebat, omittitur, et pro eo sequitur articulus »postpositivus, dixi rarum esse apud veteres hunc arti- »culi usum, et eius duntaxat neutro genere. Sed nec »usus ita rarus est, nec genere duntaxat neutro articu- »lus eo usu adhibetur, et pro articulo postpositivo alia »dictio relativa potest inferri, nec semper omissum est »nomen, quod cogitatione possit aut ex praecedentibus »verbis repeti, aut aliunde suppleri, sed multo saepius »articulus praepositivus in eiusmodi constructione vicem »subit alterius utrius duorum pronominum demonstrati- »vorum, aut eius quod rem vel personam demonstrat »propiorem, *οὗτος*, aut eius quod remotiorem, *ἐκεῖνος*. »— In Homerico loco, qui est Il. ρ, 171. *ἐφάμην σε »περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων τῶν ὅσσοι Λυκίην ἐρι- »βώλακα ναιετάουσι*, quaerat aliquis, utrum articulus »*τῶν*, quoniam ei praecedit nomen *ἄλλων*, habeat vim »pronominis demonstrativi, an *ἄλλων τῶν* per traiectio- »nem dictum sit pro *τῶν ἄλλων*. Qui prius tueri velit, »dicat, poetam rarissime uti solere articulo alia quam »pronominis potestate, nisi cum significanda sit rei vel »personae quaedam excellentia, quam hic nullam esse. »Posterius ita defendam non Lyciis *aliis* Glaucum prae- »stare, sed *ceteris*, quoniam iis omnibus praestare dica- »tur: nomen *ἄλλοι* sine articulo, esse *alii*, cum articulo »autem, *οἱ ἄλλοι*, *ceteri* etc.« Quibus quidem verbis ill. *Wolf* hanc subiecit notam: »Caute et subtiliter Rei-

---

1) Pag. 71.

»zius: ego olim pinguius quaedam scripsi de Homerico »usu articuli in Praf. ad Il. p. XXXVIII. Nunc nihil du»bito, quin τὸν Χρύσην poeta dixerit, ut personam fa»mae celebrem, et auditoribus iam tum, quum primum »eius nomen audirent, notissimam. Omnino ut saepe »apud Homerum animadvertere licet, hanc partem ora»tionis, quem articulum dicunt, linguae Graecorum se»rius accessisse: sic idem poeta aliis in locis, quae non »sunt ita pauca, in articulo adhibendo posterae aetatis »accuratiori usui plane proludere videri debet. Ut pauca »de multis, vide mihi Il. α, 167. κ, 11. Odyss. ε, 266. »ι, 181. 266. 310. 375. 378. 430. 543. σ, 248.«

Iam tandem videamus, quae cl. *Matthiae* in maiore, quam in lucem edidit, grammatica Graeca de Homerico articuli protulit usu, quibus ea subiungamus, quae de eadem re in novissima cl. *Buttmanni* grammaticae Gr. occurrunt editione. Ille quidem haec adfert [1]): »Der »Gebrauch des Artikels ist bei den ältern Griechischen »Dichtern und den Attischen Schriftstellern sehr ver»schieden; die letztern setzen ihn, sobald das Nomen »nur nicht unbestimmt irgend ein Glied einer Klasse, »welches es auch sey, bezeichnet (also wo man im Deut»schen den unbestimmten Artikel *ein, eine, ein*, nicht »setzen kann); Homer, Hesiodus und andere ältere »Dichter aber setzen ihn meistens nur in der Bedeutung »des *pronominis demonstrativi, dieser*, selbst ohne Zusatz »eines Nomens, z. B. Il. α, 12. ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ »νῆας Ἀχαιῶν, *dieser*, nämlich Χρύσης. — v. 20. τὰ »δ' ἄποινα δέχεσθαι, *dieses Lösegeld* (indem er darauf »weisst). — v. 29. τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω statt ταύτην. — »Es gibt indess mehrere Stellen, wo der Artikel nach »dem Sprachgebrauch der Attiker auch bei jenen Dich»tern bei *Nominibus propriis* steht und eine Auszeich»nung zu bedeuten scheint, z. B. Il. α, 11. τὸν Χρύσην

1) §. 262. p. 367.

»ἠτίμησ' ἀρητῆρα. — λ, 659. π, 25. ὁ Τυδείδης κρα»τερὸς Διομήδης. — Od. λ, 513. τὸν Τηλειφίδην —»ἥρω' Εὐρύπυλον (wenn es dort nicht heisst, *jenen* be»kannten Sohn des T.) — ω, 103. τὸν ἀγακλυτὸν Ἀμ»φιμέδοντα. — Folgende Stellen: Il. ο, 74. τὸ Πυλεί»δαο ἐέλδωρ, ρ, 122. ἀτὰρ τά γε τεύχε' ἔχει κορυ»θαίολος Ἕκτωρ. Ib. 127. τὸν δὲ νέκυν δοίη. 695. τὼ »δέ οἱ ὄσσε δακρυόφι πλῆσθεν. 698. τὰ δὲ τεύχε' ἀμύ»μονι δῶκεν ἑταίρῳ. φ, 317. τὰ τεύχεα καλά kom»men dem Attischen Sprachgebrauch schon sehr nahe. »Hieher müssen aber die Stellen nicht gerechnet wer»den, wo Homer ein *Nomen proprium* durch den Arti»kel gleichsam vorbereitet, und beide durch ein oder »mehrere Worte von einander getrennt sind, z. B. Il. »α, 409. αἴ κέν πως ἐθέλῃσιν ἐπὶ Τρώεσσιν ἀρῆξαι, »Τοὺς δὲ κατὰ πρύμνας τε καὶ ἀμφ' ἅλα ἔλσαι Ἀχαι»ούς.«

Buttmann vero in Grammatica, quam profligavit, Graeca [1]) haec de Homerico articuli usu tradit: »In »der Poesie, besonders der epischen, ist der Gebrauch »von beiderlei Artikel statt des Demonstrativi noch weit »allgemeiner, und im Homer ist ὁ, ἡ, τό, (die Fälle »ausgenommen, wo τό, τόν u. s. w. für ὅ, ὅν steht) »fast überall so zu nehmen. Um sich dies deutlich zu »machen, darf man nur z. B. folgende Homerische Stel»len Il. α, 340. δ, 390. ε, 715. ζ, 407. Od. ε, 106. »nachsehen, welche obenhin betrachtet den gewöhnli»chen prosaischen Artikel darzubieten scheinen; den »Aufmerksamen aber, dem ein solcher Artikel im Ho»mer fremd ist, lehrt der Zusammenhang leicht, dass »er an allen jenen Stellen und vielen ähnlichen Demon»strativum, die demonstrativische Kraft aber dort ent»behrlich und dadurch geschwächt ist. Nur wenig Stel»len sind, wo durch dieses Wörtchen entweder ein Ge-

1) Ed. V. pag. 449. (Ed. XII. pag. 351.)

»genstand als sehr bekannt und ausgezeichnet, oder als »der Seele des Dichters sehr gegenwärtig, dargestellt »wird; oder wo wirklich die Demonstrativkraft so ge»schwächt ist, dass der Uebergang in den wahren Atti»schen Artikel sichtbar wird (Il. α, 167. η, 412. μ, 289). »— Besonders muss man sich aber hüten, diese Form »als Artikel zu fassen, wenn sie, durch das Verbum mit »dem ganzen Satz, vom Subst. getrennt ist, wie: ἡ μὲν »ἄρ' ὥς εἰποῦσ' ἀπέβη πόδας ὠκέα Ἶρις· denn hier ist »ἡ als Pronom. demonstr. für unser *sie* zu nehmen, dem »die Namensbestimmung, auf dichterische Art, doch noch »nachgeschickt wird: *Also sprach sie und ging, die leicht »hinschwebende Iris.* — Dies beweisen solche Stellen, »wo auf das wirkliche Pronomen οἷ (ihm) das Substant. »eben so nachfolgt, wie Od. υ, 106.« [1])

Quis est, qui, his accuratius expensis, non videat, doctrinam de articuli usu apud Homerum nondum plane dilucidatam esse, et id quidem ea de causa, quia non eae, quas grammatica philosophica nobis exhibet, regulae, sed quae recentioribus temporibus a Graecis in articulo adhibendo sunt observatae, in hac re diiudicanda fundamenti loco positae sunt? Minime enim, nisi veritate obfuscata falli volumus, has regulas solas respicere debemus, sed ad ea quoque, quae grammatica philoso-

1) In novissima huius grammatices editione supra memoratis haecce invenimus adiecta: „Aus dieser substantivischen Natur von ὁ, ἡ, τό, entsteht denn auch schon im Homer der Fall, dass dadurch ein Adiectiv scheinbar zum Substantiv erhoben wird; z. B. Il. ρ, 80. τὸν ἄριστον, den Tapfersten, α, 33. ὁ γέρων, der Alte, und oft οἱ ἄλλοι, τἄλλα. In allen diesen Fällen hat nehmlich ὁ, ἡ, τό als Substantiv sein Adiectiv bei sich, und der Gedanke ist eigentlich so zu fassen: ihn den Tapfersten; er der Alte; jene, die Uebrigen; jenes, das Uebrige. Aber auch hier wird häufig durch Entbehrlichkeit das Demonstrativum geschwächt, und der Uebergang in den gewöhnlichen Artikel ist unverkennbar."

phica nobis tradit, praecepta advertere animum, nec oblivisci, illas non plane his congruere, quin potius interdum ab ipsis quam maxime aberrare, id quod iam inde adparet, quod nominibus propriis ab Atticis scriptoribus articulus praepositus est: hoc enim tantummodo tunc fieri debuisset, si plures eiusdem nominis exstarent personae, quarum una a ceteris distinguenda esset. At vero et ad hoc adtendamus necesse est, homines in linguis excolendis et ad maiorem promovendis perfectionem absolutionemque non certas ac definitas statim formasse regulas, quas observarent, sed sensum potius internum, a natura ipsis concessum, qui eos in omnibus ad tribunal rationis referendis rebus duceret, esse secutos [1]). Hoc igitur etiam respectu articuli factum esse nos statuamus oportet, et Homerum inspicientes rem ita se habere invenimus. Articulum enim, paucissimis locis exceptis, ibi fere adpositum videmus, ubi vel sensus sine ipso obscurus foret, vel re vera ipse articulus omnino non posset abesse. Omnia quidem, ubi articulus apud Homerum occurrit, nondum adnotavi loca; sed ea, quae iam in medio proponam, nisi me omnia fallunt, sufficient, ad ea, quae adfirmare ausus sum, comprobanda.

Iam vero iis, quae a Viris doctiss. modo nominatis dilucidata atque exposita sunt, praetermissis, ea tantummodo, quae, quamquam maximam rei, de qua agitur, lucem possunt adferre, tamen ab ipsis neglecta sunt, commemorabo. Quid enim est, quod probem, iam in Homeri carminibus articulum nominibus propriis more Attico interdum adpositum esse, cum tot ab aliis iam prolata loca id ostendant? Contendunt quidem, quem-

---

1) „Ubique in linguarum conformatione vestigia reperiuntur diligentissimae observationis, qua mens humana et ratio etiam sui sibi minus conscia omnia pervestigare solet.“ Herman. de emend. rat. gr. gr. p. 221.

admodum vidimus, nonnulli eorum, quos nominavi, hoc ad rei vel personae quandam excellentiam significandam factum esse; at vero, quaeso, quam tandem excellentiam possumus credere articulo expressam esse in Il. ζ, 201, ubi poeta campi Aleii his quidem mentionem facit verbis:

ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο.

Ill. *Heyne* quidem in observationibus ad hunc locum [1]) haec monet: »Observa articulum τό ante Ἀλή»ϊον, per *campum illum notum* Aleium dictum.« Sed si ille campus auditoribus notus erat, articulus ad hoc indicandum non desiderabatur. Articulum vero sine ulla excellentiae cuiusdam significatione ceteris quoque substantivis apud Homerum additum esse, accuratior diligentiorque observatio nos docet; nobis saltem nulla talis excellentia in sequentibus versibus articuli exprimi videtur.

Il. α, 466. ἀτὰρ ἤν ποτε δασμὸς ἵκηται
σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον —
Ib. 184. — ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα καλλιπάρῃον,
αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε, τὸ σὸν γέρας.
Ibid. 207. ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τὸ σὸν μένος, αἴ κε πίθηαι·
Il. β, 278. ὣς φάσαν ἡ πληθύς.
Il. δ, 42. μήτι διατρίβειν τὸν ἐμὸν χόλον, ἀλλά μ' ἐᾶσαι.
Ibid. 399. τοῖος ἔην Τυδεὺς Αἰτώλιος· ἀλλὰ τὸν υἱὸν
γείνατο εἷο χέρηα μάχῃ. —

ad quem versum ill. *Heyne* haec observat: »Morari pot»est legentem articulus τόν, quem Homerus ignorat; ex»pedita res est coniicere fuisse τοί; ἀλλά τοί solennis »est formula. Potest tamen nec minus contendi, τόν »esse dictum cum vi, filium hunc Tydei, ut bene expe»dit Koeppen.«

1) Homer. Carm. T. V. p. 231.

Il. ζ, 407. Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος· —
Ibid. 490. ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε.
Ibid. 523. — τὸ δ' ἐμὸν κῆρ
ἄχνυται ἐν θυμῷ, ὅθ' ὑπὲρ σέθεν αἴσχε' ἀκούω.
Il. η, 91. ὥς ποτέ τις ἐρέει· τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

At vero ceteris huc pertinentibus locis praetermissis [1]), ad ea potius nos convertamus, quae, quum articulo vis in iis plane eluceat, maximi hic sunt momenti. Huc nobis saltem ea trahenda videntur loca, ubi articulus adiectivis, ac non solum eis, quae qualitatem aliquam

1) Duo tamen hic subiungamus adhuc loca, ut adpareat, qua ratione a significatione τοῦ, ὁ, ἡ, τό demonstrativa transitus ad eam factus sit, quae articuli propria est, videlicet Il. α, 340. καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος, et Il. β, 275. ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ' ἀγοράων, ubi τὸ ὁ, ἡ, τό vim suam demonstrativam quidem retinet, at vero ita, ut, quemadmodum etiam ad priorem locum a grammaticis factum est, pro articulo haberi possit. — Digna tandem, quae hic adponantur, loca sequentia sunt. Il. ε, 678.

ἢ ὅγε τῶν πλεόνων Λυκίων ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο,

et Il. κ, 506,

ἢ ἔτι τῶν πλεόνων Θρῃκῶν ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο,

ad quorum versuum priorem ill. Heyne in observat. (T. V. p. 122.) haec adnotat: „Si τῶν articulus est, discessum hic est a „sermone Homerico. Puto τῶν esse pro ἐκ τούτων· ut sit: „ἢ ὅγε ἀφέλοιτο θυμὸν πλεόνων ἐκ τῶν ἐκ τούτων. „— Minor molestia esset, si scriptum esset καί. ἢ ὅγε καὶ „πλεόνων." — Ad posteriorem locum observantur haec (T. VI. p. 99.): „Videtur articulus praeter Homericum usum prae„fixus esse; nec prodest, si ex Koeppenii iudicio πλέονες sunt „vulgus, turba. — Verum dicendum τῶν esse ἐκείνων. ἢ „ἀφέλοιτο θυμὸν πλεόνων ἔτι (sc. ἐκ) τῶν h. ἐκείνων, „adiectum pleonastice Θρῃκῶν."

indicant, sed etiam numeralibus, participiis adverbiisque additum invenimus, ut ea ratione notionibus per has voces expressis substantivi iniungatur potestas. Ex innumeris vero a nobis adnotatis exemplis, quae id, quod adseruimus, comprobant atque confirmant, sequentia tantummodo adponamus.

Il. α, 35. πολλὰ δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιός [1]).
Ibid. 33. ὣς ἔφατ'· ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων [2]).
Ibid. 54. τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.
Ibid. 70. ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.
Ibid. 106. Μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπες!
Ibid. 107. αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι.
Ibid. 165. ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο χεῖρες ἐμαὶ διέπουσ' · —
Ibid. 198. τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο [3]).

---

1) cf. Il. γ, 191. 259 etc.

2) cf. Il. α, 379. 462. γ, 109. 181. ε, 150 etc. Adiectivis vero τὸ γέρων adnumerandum esse, docet nos hic Theocriti versus (Id. ζ, 17.):
ἀμφὶ δὲ οἱ στήθεσσι γέρων ἐσφίγγετο πέπλος
ζωστῆρι πλακερῷ.

3) Cf. Il. α, 300. 347. 465. 597 etc. Notatu digna sunt, quae Apollonius Alexandrinus de usu articuli ante pronomen ἄλλος (I, 11. p. 43.) his quidem verbis adfert: Πάντοτε οὖν τὸ ἄλλοι συνέξει τὸ ἄρθρον, ἡνίκα τοῦ κατηγορουμένου πλήθους ὅλου ἐστὶν ἐμπεριληπτικόν, τήντε διαίρεσιν πάλιν μερικὴν ποιεῖται. οὐ γὰρ τῇδε ἔχον, οὐ πάντως ἕξει καὶ τὸ ἄρθρον παραλαμβανόμενον. (Nomen igitur distributivum istud ἄλλοι habebit semper sibi adiunctum articulum, cum universam multitudinem, de qua est ser-

Ibid. 576. — ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ.
Il. β, 281. ὡς ἅμα θ' οἱ πρῶτοί τε καὶ ὕστατοι υἷες Ἀχαιῶν
μῦθον ἀκούσειαν.
Ibid. 329. τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν.
Il. δ, 308. ὧδε καὶ οἱ πρότεροι πόλιας καὶ τείχε' ἐπόρθουν.
Ibid. 424. πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται —
Il. ζ, 124. οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ
τὸ πρίν.
Ibid. 186. τὸ τρίτον αὖ κατέπεφνεν Ἀμαζόνας ἀντιανείρας.
Ibid. 435. τρὶς γὰρ τῇγ' ἐλθόντες ἐπειρήσανθ' οἱ ἄριστοι.

Quin etiam pronomini αὐτός adpositum invenimus articulum, et quidem tum, cum substantivum illi adiunctum est, cuius quidem constructionis exemplum nobis exhibet

Il. ζ, 391. — ὁ δ' ἀπέσσυτο δώματος Ἕκτωρ
τὴν αὐτὴν ὁδὸν αὖτις·

Ibid. ε, 396. εὖτέ μιν ωὑτὸς ἀνὴρ, υἱὸς Διὸς αἰγιόχοιο, ad quem versum ill. *Heyne* in observationibus [1]) haec adnotat: »Est in his usus articuli notabilis, quem alias »Homerus ignorat, nisi putes declaratum *ille ipse*.«

Omnibus iam accurate examinatis atque perpensis hoc nobis videtur clarum perspicuumque, quamvis articulus Homeri temporibus nondum eadem ratione fuerit adhibitus, qua seriores Graecorum ipsum usurparint scriptores, licetque nec eas, quas grammatica philosophica nos in ipso adhibendo sequi iubet, in Homeri car-

---

mo, continet, et eam in partes dividit: nam nisi tale sit, ne articulum omnino sibi adiunctum habebit.) — Videatur quoque de hac re *Reiz. de prosodiae Gr. accent. inclin.* pag. 77.

1) Tom. V. pag. 79.

minibus omnino observatas reperiamus regulas, tamen ipsius usum iam illa aetate invaluisse, aut, ut rectius loquamur, pronomen demonstrativum ὁ, ἡ, τό iam tum temporis vim ac potestatem articuli praepositivi adsumsisse, et hac significatione ibi fuisse adhibitum, ubi sensus ac structura verborum id requirebant.

III.

DE
PARTIUM ORATIONIS
INDOLE ATQUE NATURA.

COMMENT. I.

MDCCCXI.

Non sunt ferendi, qui grammaticam ut tenuem ac ieiunam artem cavillantur. — Necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, et quae vel sola omnium studiorum genere plus habet operis quam ostentationis. Ne quis igitur tamquam parva fastidiat grammatices elementa, interiora velut sacri huius adeuntibus adparebit multa rerum subtilitas; quae non modo acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit.

Quinctil. Instit. Orat. I, 4.

In commentatione, quam anno superiore de articuli Graecae linguae origine, nec non de ipsius usu apud Homerum edidi in lucem, monui, nihil esse, quod maiorem in linguis ediscendis nobis adferre possit utilitatem, quam recta, accurata atque perspicua partium, quas dicunt, orationis cognitio; simulque adfirmare ausus sum, omnes, quae grammatica philosophica continentur, re-

gulas hac cognitione tamquam firmissimo niti fundamento, totumque grammatices studium absque illa vani esse laboris, ac nullos inde fructus nos percipere posse, nisi illorum sermonis elementorum naturam perspexerimus [1]). At vero quum mihi saepius ansa data sit, ad ea, quae viri doctissimi de ipsis disputarunt, pertractanda, mihique ea propius inspicienti atque accuratius perscrutanti multa occurrerint, in quibus non plane poteram illis adsentiri, vel quae mihi magis perspicue et dilucide explicari videbantur atque exponi posse, nunc quidem, quae ego ipse de hac re investigavi, proponam, ut vel his refutatis meliora edocear, vel, quantum in meis viribus situm est, adiuvem, ut doctrinae scitu tam necessariae ac tam fructuosae exoptata lux tandem adferatur [2]). Priusquam vero ad partes orationis ipsas definiendas naturamque et indolem ipsarum exponendam progrediar, quaedam de literarum natura praemittere mihi

---

1) „Ex his, quas dixi grammaticae partes esse, secunda pars, quae de partibus orationis agit, primarium locum obtinet. Hac enim conformatio ipsa cuiusque linguae et quasi corpus continetur: cuius quae ratio sit, maximam partem sine experientiae auxilio e communi linguarum natura explicari potest. Quae autem reliquae sunt partes grammaticae, longe sunt dignitate inferiores, quarum altera, quae de elementis est, tota e copiis experientiae est haurienda, altera, quae syntaxis vocatur, partim ratiocinando e primaria illa grammaticae parte elicitur, partim non minus, quam quae ad elementa pertinent, usu et experientia debet cognosci.“ Hermann de emendand. Rat. Graec. Gramm. p. 4.

2) Iam olim de hac re egi, sed breviter tantum, et ita, ut ea modo adtingerem, quae captui sensuique populari accommodata essent, vernaculamque solam fere spectarent linguam, in plagulis, quae Brunsuigae per singulas hebdomades sub titulo *Braunschweigisches Magazin* vulgantur, et quidem in No. 8. 9. anni 1808. Videatur quoque *Neuer Deutscher Mercur, Iun. et Iul.* 1808, ubi eadem commentatio *(Ueber Sprache und Redetheile)* iterum typis exscripta est.

liceat, in qua investiganda plerique Grammatici non solum valde haesisse, sed omnino a scopo aberrasse videntur; quibus nonnulla ad doctrinam de accentu pertinentia subiungam.

Literas quidem plerumque in duas classes dividi [1]), quarum altera eas comprehendit, quae *vocales* nominantur, altera vero eas complectitur, quae *consonantium* nomine insignitae sunt, inter omnes constat. Nomina vero haec, licet a Graecis, in quorum lingua vocales φωνήεντα, consonantes vero σύμφωνα adpellantur, originem acceperunt, et deinde in omnes fere linguas recentiores cultioris Europae translata sunt [2]), num natu-

---

1) Alia tamen ratione eas divisisse Aristotelem, sequentia nos docent: στοιχεῖόν ἐςι φωνὴ ἀδιαίρετος· οὐ πᾶσα δὲ, ἀλλ' ἐξ ἧς πέφυκε συνετὴ γίνεσθαι φωνή. — Ταύτης δὲ μέρη, τό, τε φωνῆεν, καὶ τὸ ἡμίφωνον, καὶ ἄφωνον· ἔστι δὲ φωνῆεν μὲν, ἄνευ προςβολῆς ἔχον φωνὴν ἀκουστὴν· οἷον, τὸ α καὶ ω· ἡμίφωνον δὲ, τὸ μετὰ προςβολῆς ἔχον φωνὴν ἀκουστήν· οἷον, τὸ σ καὶ τὸ ρ· ἄφωνον δὲ, τὸ μετὰ προςβολῆς καθ' αὑτὸ μὲν οὐδεμίαν ἔχον φωνὴν, μετὰ δὲ τῶν ἐχόντων τινὰ φωνὴν γινόμενον ἀκουστόν· οἷον, τὸ γ καὶ τὸ δ. (Elementum est vox individua; non autem omnis, sed ex qua fieri potest vox intelligibilis. — Huius vero species sunt vocale, semivocale et mutum. Et vocale quidem est, quod sine allisu *(ad partes oris)* vocem habet, quae audiri potest, velut α et ω. Semivocale autem, quod cum allisu vocem habet, quae audiri potest, velut σ et ρ. Mutum vero, quod cum allisu per se quidem vocem nullam habet, sed cum iis, quae vocem habent, huiusmodi fit, ut audiri possit; velut γ et δ.) Aristot. de Art. poet. c. XX. cf. Dionys. Halicar. de Compos. Verbor. cur. Schaef. Sect. XIV. p. 154.

2) Τῶν στοιχείων τὰ μέν ἐστι φωνήεντα, ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ φωνὴν ἀποτελεῖ, τὰ δὲ σύμφωνα, ἅπερ ἄνευ τῶν φωνηέντων οὐκ ἔχει ῥητὴν τὴν ἐπιφώνησιν. Apoll. Alexandr. de Syntaxi I, 3.

rae literarum plane sint consentanea, valde dubitare licet. Mihi certe ii errare videntur, qui adfirmant, eas literas, quibus nomen vocalium inditum est, solas sine ullo aliarum literarum adiumento ita pronuntiari posse, ut auribus nostris clare et distincte percipiantur, consonantes vero, ut pronuntientur, vocalium ope egere. At enim licet hoc a vero plane alienum esse contendam, nemo tamen mihi persuadebit, ut *Meineri* [1]) sententiae accedam, qui nullam vocalem sine consonantis auxilio pronuntiari posse putat, hasque igitur literas primarias, illas vero secundarias esse opinatur [2]). Quibus accu-

---

1) Es haben die Abendländer sich darin verstossen, dass wenn sie ihr a, e, i, y, o, u allein auszusprechen, oder die Silbe damit anzufangen glauben, sie sich eingebildet haben, als wenn die Luft von keinem Theile des Mundes weggedrückt würde, und also im erstern Falle gar kein Consonant zugegen wäre, im letztern Falle aber der entstehende Ton mit einem Vocal anhöbe, da sie doch in beiden Fällen die Luft von der Lunge unmittelbar abdrücken, und sich also in beiden Fällen der entstehende Ton mit einem Lungenbuchstaben anhebt. In dieser irrigen Meinung haben sie *das, was den Pulmonalton ausmacht, mit zum Vocal gerechnet, und haben hierdurch freilich solche Vocale erhalten, die allein eine ganze Silbe ausmachen, und auch die Silbe anfangen können.* Hätten sie aber die Modification des Tones, die sich von dem von der Lunge geschehenen Abdruck der Luft herschreibt, eben so wie die Hebräer und Griechen, auch mit zu den Consonanten gerechnet, so würden ihre Vocale eben so wenig, als der Morgenländer ihre, weder Silben für sich allein haben ausmachen, noch auch dieselben anfangen können. Meiners Versuch einer an der menschlichen Sprache abgebildeten Vernunftlehre, p. 36 sqq. — In huius Grammatici sententiam discedens Adelung, nominibus *Selbstlaute* et *Mitlaute* reiectis, Vocales *Hülfslaute*, Consonantes vero *Hauptlaute* adpellandas esse censuit. V. Umständliches Lehrgebäude der deutschen Sprache von I. C. Adelung. Leipz. 1782. 1. Bd. p. 123 sqq.

2) Qua quidem de re quum iam alio loco copiosius egerim (vid. Beiträge zur weitern Ausbildung der Deutschen Sprache,

rate atque diligenter perpensis potius statuendum esse arbitror, consonantes aeque ac vocales sine mutuo pronuntiari posse adiumento, et hanc tantum inter illas intercedere differentiam, ut vocalium sonus, quamdiu spiritus sufficiat, possit produci, is e contrario, quo consonantes efferuntur, ictu malleoli similis sit, quum vixdum auribus perceptus statim evanescat. Vocales igitur considerari possunt tamquam ea elementa linguae, quae formis verborum consonantium ope effictis quasi vitam inspirant, s. tamquam elementa, quibus corpora effinguntur, quorum extrema consonantes constituunt lineamenta [1]). Inde quoque explanari potest, qua de causa Hebraei solas verborum consonantes scribere habebant satis, quia, formis quasi verborum ita delineatis, ob inopiam eius, qua utebantur, linguae ipsis non magnum negotium erat, vocalibus addendis illas formas in vera corpora convertere, sive etiam, si has formas tamquam corpora consideramus, his corporibus ea ratione animam quasi inspirare.

Ex harum quidem literarum coniunctione syllabas, et ex coniunctis syllabis voces fieri, notius est, quam ut dictu sit opus. Sed quaeritur, qua re duae pluresve syllabae ita coniungantur, ut statim adpareat, eas unam solam efficere vocem? Forsitan quis respondeat, id inde clarum fieri, si pluribus inter se coniunctis syllabis una sola res, seu potius finita et ab omni parte absoluta notio significetur. At vero hoc internum est indicium, et quod formam tantummodo spectat, minime vero ad materiam [2]) potest adplicari: externum quoque adsit ne-

---

Braunschw. 1796. Bd. II. St. 5. p. 89. Ueber Vocale und Consonanten), nunc quidem paucissimis ea adponenda putavi, quae maximam illi lucem adferre videntur.

1) Germanica lingua ea de causa credidi vocales adpellandas esse *Grundlaute*, Consonantes vero *Bestimmungslaute*.

2) Language, taken in the most comprehensive view, im-

cesse est, quod ad solam materiam referatur, et, nulla notionis significatae ratione habita, syllabas coniungendo constituat vocem. Omnia accurate considerantes solum accentum s. tenorem huic rei reperiemus inservientem. Quod quidem quum alio loco pluribus demonstraverim [1]), nunc tantummodo pauca ad accentum Graecae linguae adhuc spectantia, tum neglecta, nec in addendis non ita pridem [2]) in lucem editis exposita, hic adponam.

Primum moneam necesse est, quod quidem a nonnullis Grammaticis, qui accentus naturam atque indolem non plane videntur perspexisse, perperam negatur, nos in vocibus Graecae linguae, ita ut omnium aliarum linguarum, pronuntiandis accentum semper voce exprimere debere. Quod ille saepissime in syllabis, quarum vocalis correpte effertur, positus est, id sane nobis nullam iniicere debet dubitationem. Et in Anglicana lingua saepissime ea syllaba, cuius vocalis brevi, ut loquuntur, sono pronuntiari debet, accentu notata est, quamvis in eadem voce aliae exstent syllabae, quae vocalem longam habeant, e. g. *hūmánity, īdéntity, émpīre, sácrīfice, sēquéster, hȳdrómetry, hȳdrópical*, etc. Optandum sane esset, nos scire, qua ratione Graeci vocales longas a brevibus in pronuntiatione distinxerint, ut et a nobis eorum lingua eadem efferri posset elegantia, cum qua illi feruntur eam pronuntiasse. At vero quis est, qui hac

---

plies certain sounds, having certain meanings; — of these two principles, the sound is as the Matter, common (like other Matter) to many different things; the Meaning as that peculiar and characteristic Form, by which the Nature or Essence of Language becomes complete. Hermes or a philosophical Inquiry concerning Universal Grammar, by James Harris. Lond. 1794. p. 315.

1) Die Lehre von dem Accent der Griechischen Sprache. Helmst. 1807. p. 19 sqq.

2) Addenda quaedam ad Libr. de Accentu Gr. L.

in re nobis lucem accendat, atque, quis cuiusque elementi linguae pridem emortuae sonus fuerit, nos edoceat? Alium vero ictum, quam eum, qui ab accentu nascitur, exprimi, omnium linguarum prohibet analogia, qua quidem id clarum fit atque perspicuum, vocales longas in syllabis accentu destitutis a brevibus pronuntiatione tantummodo ita distingui posse, ut paulo longius audiantur. Ac sane hanc rationem apud Graecos quoque obtinuisse, nulla re certius cognoscitur, quam quod tum, cum metricis legibus nondum sola syllabarum quantitas pro fundamento esset, sed poetae nonnumquam accentum aeque ac illarum mensuram sequerentur, longae vocales saepe correptae sunt [1]). Qua quidem de re cum iam cl. Hermannus copiose tractaverit [2]), hic tantummodo ea adponam exempla, quae pronuntiationi Graecae linguae, quod ad accentum adtinet, illustrandae maxime inserviunt.

»Correptiones, inquit Hermannus [3]), ob praecedentem accentum maxime in prima persona pluralis coniunctivorum reperiuntur, quae Dammius nescio qua auctoritate plurimis in locis Ionicae dialecti proprias dicit. Is quidem p. 3035 in quibusdam exemplis male indicativum pro coniunctivo habuit. Sed nec contra, qui coniunctivus est, pro indicativo in hoc genere habendus. Sic ista ἵνα, ὡς, ὅπως, nisi si cum aoristo et futuro coniungantur, coniunctivum sibi postulant. Exempla ista-

1) „Homerus non solum prosodiae leges in versibus faciendis secutus est, sed etiam accentum saepe ita videtur custodiisse, ut syllabas natura breves produceret, longas corriperet. In qua re alii etiam, sed multo parcius, eum imitati sunt.“ Hermann de Metris Poet. Gr. et Lat. p. 74. — „Homerus sicut aequales suos loquentes audiret, ita ipse loquutus videtur. Recentior aetas, prosodiam a communi pronuntiatione distinguens, hanc poetis assignavit, illam populo reliquit.“ l. c. p. 69.

2) l. c. p. 85 sqq.

3) l. c. p. 85.

rum correptionum in Homero haec sunt, ἀγείρομεν (Il. α, 142.), ἐγείρομεν (β, 440.) etc. Etiam in secunda persona, εἴδετε (Il. ϑ, 18), et in prima singularis passivi, ἀποϑείομαι (Il. σ, 409), — et in secunda persona, μίσγεαι (Il. β, 232), — et in tertia, βούλεται pro βούληται.«

»Alia correptionum propter accentum exempla etiam in nominibus et particulis occurrunt, ut in ἀάατος, in quo secunda a fine syllaba natura longa est, et sic adhibetur Il. ω, 271, sed propter accentum correpta invenitur Od. φ, 91. χ, 5. Longe autem maxime memorabile est illud Homericum ἕως — in his versibus, in quibus productioni nullus locus est:

ἕως ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον συναγείρων,
ἀλλ' ἀναχασσάμενος νῆχον πάλιν, ἕως ἐπῆλϑον,
ἥμενοι, ἕως ἐπῆλϑε νέμων,
βὰν δ' ἰέναι προτέρω διὰ δώματος, ἕως ἵκοντο,
ὅσσα σὺ τῷ ἐδίδως, ἀρώμενος ἕως ἵκοιο,
ἕως ἔϑ' ἥβην εἶχεν, ὄφελλε δὲ κούριον ἄνϑος

Od. δ, 90. η, 280. ι, 233. ο, 109. τ, 367. Fragm. Il. ν.«

»Denique etiam interdum longa syllaba ob sequentem accentum corripitur, quo retulerim haec Ἀχιλεύς, Ὀδυσεύς, μεμαώς.«

Quae quidem cum clarissime ostendant, in sermone vulgari Graecorum ictum, qui ab accentu nascitur, solum expressum esse, nemo sane mirabitur, me cl. Hermanno minime adsentiri posse, adfirmanti, *ictu* quodam etiam syllabas longas in communi sermone esse pronuntiatas. »Caeterum, inquit nimirum V. D. non est existimandum, verae syllabarum mensurae tam parum in communi sermone rationem habitam fuisse, ea ut prorsus negligeretur. Immo illa exprimi omnino debuit, ne intolerabilis omnino pronuntiationis durities atque asperitas existeret, qua nunc, qui Graeca ad solos accentus legunt, suavissimam linguam contaminant; sed accentui tamen sua vis manebat. Itaque quoties aliquis a sylla-

barum mensura profectus ictus eum, qui ab accentu nascitur, aut antecederet, aut sequeretur, uterque exprimebatur, sed is, qui prior esset, vehementius. Sic verbi causa neque e syllabarum mensura ἀπείμι, αὔτικα, neque ex accentu ἄπειμι, αὐτίκα, sed utroque ictu coniuncto ἄπείμι, αὔτίκα pronunciabatur, ita quidem, ut prior ictus paulo fortius audiretur. Eodem modo nos dicimus *unschuldig*, *langsamer* [1]).« — At vero in his vocibus germanicis unus tantummodo auditur ictus, et quidem in prima syllaba, quae accentu notata est; in secunda vero vocalis paululum producitur [2]). Minime tamen negare velim, et alios in longioribus vocabulis auditos fuisse ictus, de quibus cl. Hermannus in libro de

---

1) Non a re alienum erit, ea quoque hic adponi, quae cl. Buttmann de hac re monuit in Gr. Gr. Ed. V. p. 21: „Nichts ist nachtheiliger, inquit, als die frühe Gewöhnung nach den Akzenten so zu lesen, dass man die wahre Quantität der Silben dadurch verändert. So lange man daher nicht durch Anleitung oder eignes Bestreben dahin gelangt ist, den Ton, so weit es thunlich ist, mit der Quantität zu vereinigen, so ist allerdings zu rathen, diē Akzente fürerst bloss als orthographische Zeichen zu behandeln, und im Lesen sich nur nach der Quantität zu richten.“ — Videantur quoque, quae de hac re monuimus p. 13 sq.

2) Haec productio in Graeca lingua quoque scribendo notabatur, at in duabus modo vocalibus η et ω. Illud η vero a Graecis re vera ut Germanicum *äh* pronuntiatum fuisse, plane videtur ex illis adparere, quae Dionysius de sono huius vocalis tradit. Αὐτῶν δὲ τῶν μακρῶν (φωνηέντων), inquit, εὐφωνότατον τὸ α, ὅταν ἐκτείνηται· — δεύτερον δὲ τὸ η· ὅτι κάτω περὶ τὴν βάσιν τῆς γλώσσης ἐρείδει τὸν ἦχον ἀκόλουθον, ἀλλ' οὐκ ἄνω, καὶ μετρίως ἀνοιγομένου. (Inter vocales longas α maxime sonora est, quum extenditur. — Huic proxima est η; quod infra ad radicem linguae sonum sequentem sistat, non sursum versum, atque os etiam mediocriter aperit.) Dionys. Hal. de Compos. Verb. ed. Schaefer. p. 162 sqq.

Metris Poet. Gr. et R. agit [1]), ubi »Quis, inquit, tam hebetes aures habet, quin sentiat, longiora vocabula, ut πολυπραγμοσύνη, εὐδαιμονέστατος e pluribus ordinibus constare, atque idcirco etiam saepius feriri, hoc modo, πολυπράγμοσύνη, εὐδαίμονέστατος (fortasse melius εὔδαιμονέστατος), hi ordines autem, ut supra diximus, certe in fine cuiusque verbi ad summum tres sonos habent: in mediis vocabulis fortasse etiam, qui e pluribus sonis constent, repereris.« —, »Est unus tantum accentus, monet V. D. alio loco [2]), is, quem acutum vocant grammatici: isque ictum arseos indicat, quae est in cuiusque vocabuli numero ultima. Etenim quod unum duntaxat accentum cuique vocabulo tribuunt grammatici, id quivis falsum esse animadvertat necesse est, quandoquidem quae ante hunc acutum syllabae sunt, omnes in anacrusin computandae forent. Id autem ne pronuntiatio ipsa incommodum esse arguat, eo quoque poterit refelli, quod syllabarum anacruseos omnium par esse mensura debet. Atque ipsae dictiones encliticae contrarium evincunt, quarum quum haec sit natura, ut praecedenti verbo tamquam pars eius adiungantur, duplicem ei verbo, si proparoxytonon aut properispomenon est, addunt accentum, ut ἄνθρωπός τις, σῶμά μου. Regula igitur acuti accentus adhibendi haec est: earum arsium, quae cuiusque vocabuli propriae sunt, ultimam tantum accentu notari. Id autem propterea fit, quia, quum omnium numerorum fines subtilius exaudiantur, plurimum refert, ultimam arsin recte notari.« — At vero ille ictus, plane diversus ab eo, qui ex accentu proprie sic dicto proficiscitur, de quo nos supra egimus, accentu quodam secundario [3]) efficitur, quem tamquam

---

1) p. 77.

2) de emend. Rat. Gr. Gr. p. 62.

3) Praeclara sane ea sunt, quae Walker de hoc secundario tradidit accentu, nec hic omittenda. „Hitherto, inquit vir ille

adiutorem prioris in syllabis vocabulorum longiorum coniungendis considerare possumus. Secundarii autem ac-

---

Cl., we have considered that accent only, which necessarily distinguishes one syllable in a word from the rest; and which, with very little diversity, is adopted by all who speak the English language. The secondary accent is that stress we may *occasionally* place upon another syllable, besides that which has the principal accent, in order to pronounce every part of the word more distinctly, forcibly and harmoniously. There are few authors who have not taken notice of this secondary stress upon some of the longer polysyllables, but none have once hinted, that this stress is not essential to the sound of the word: they seem to have supposed both accents equally necessary, and without any other difference, than that one was pronounced more forcibly than the other. This mistake arose from a want of studying the speaking voice. A knowledge of this would have told them, that one accent only was essential to every word of more than one syllable, and that the secondary stress might, or might not, be adopted, as distinctness, force or harmony, should require: thus *complaisant, caravan,* and *violin,* have frequently an accent on the first, as well as on the last syllable, though a somewhat less forcible one. The same may be observed of *repartee, referee, privateer, domineer* etc. but it must still be observed, that though an accent be allowed on the first syllable of these words, it is by no means necessary; they may all be pronounced with one accent, and that on the last syllable, without the least deviation from propriety. In order to give some idea of the nature of the secondary accent, let us suppose, that, in giving our opinion of an argument, we say —

„It is a dirèct demonstrátion of the Copernican system."
In this sentence, as an accent is necessarily upon the last syllable of *direct,* we seldom lay a stress on the first syllable of *demonstration,* unless we mean to be uncommonly emphatical. But in the following sentence —

„It is a démonstrátion of the Copernican system."
Here, as no accented word precedes *demonstration,* the voice finds a rest, and the ear a force, in placing an accent on the first, as well as on the third syllable of this word. But though

centus vicem eum subire, quo vocabula singula proprie notantur, si dictione enclitica adiuncta, quae verbo praecedenti, si proparoxytonon aut properispomenon est, ut vidimus, duplicem semper addit accentum, alius accedit, et regulis accentuum adhibendorum, quae acutum ultra tertiam, et circumflexum ultra secundam a fine syllabam removeri vetant, et usu edocemur, qui in lingua Latina obtinuit, in qua quoque vocabulorum accentus particulis *ve*, *ne* et *que* adiunctis mutatur. Etenim ipsae, ut Diomedis verbis utar, amittunt tenorem, antecedentisque verbi lóngius positum adducunt [1]).

---

we may, or may not use, the secondary accent at pleasure, it is by no means a matter of indifference on what syllable we place it; this is fixed with as much certainty as the place of the principal accent itself; and a wrong position of one, would as much derange the sound of the word as a wrong position of the other. — The secondary accent is always two syllables, at least, distant from the principal accent: thus in *demonstration*, *lamentation*, *provocation* etc. the secondary accent is on the first syllable, and the principal on the third; and in *arteriotomy*, *meteorology* and *hypochondriacal*, the secondary accent is on the first, and the principal on the fourth syllable; and in the word *indivisibility* we may place two secondary accents, one upon the first, the other on the third syllable.“ Pronouncing Dictionary of the English Language. p. 67.

1) v. Prisciani de Accentibus Liber. Oper. Putschil. p. 1288. — Praecipue vero notatu digna sunt ea, quae apud Diomedem de hac re leguntur. „Complexiva coniunctio, inquit ille grammaticus, sive copulativa *que*, et disiunctiva *ve*, et dubitativa *ne*, adiunctae verbis et ipsae amittunt fastigium, et verbi antecedentis longius positum acumen adducunt, et *iuxta se proxime collocant.* Sic *que*, ut *Limindque*, *laurúsque dei.* Item *ve*, *Hyrcanísve Arabísve parant*, et, *calathísve Minervae.* *Ne*, ut, *Hominésne*, *feraéne.*“ Diomedes de Oratione et Partibus Orationis. L. II. ap. Putsch. p. 428. — Minime igitur, ut fieri solet, *iudiciaque*, *iúraque* etc. sed *iudicidque*, *iurdque*, pronuntiandum est. — At profecto l. l. Prisciani propius inspicientes, hunc grammaticum idem tradere invenimus. Etenim, „Neces-

Hucusque ostendere conatus sum, Graecos in communi sermone accentus semper rationem habuisse, ita ut eas solas syllabas, quae accentu erant notatae, pronuntiarent ictu; illas vero, quarum vocalis longa erat, inter efferendum tantummodo aliquantulum producerent. At vero longe aliter res se habebat in carminibus: Simulac enim syllabarum mensura prosodiae legibus sola pro fundamento erat, in versibus legendis non nisi metrici exprimebantur ictus, illis plane neglectis, qui ab accentu proficiscuntur. Quod quidem quum iam in libro de doctrina accentus Gr. linguae pluribus demonstrare studuerim, hoc unum modo eius rei adhuc proferam argumentum, quo mihi ipsa extra omnem dubitationem poni videtur. Nemo sane est, qui contendat, eius syllabae, quae accentu notata est, si ictus inde profectus in versibus legendis voce exprimi deberet, umquam tam correpte pronuntiatam esse vocalem, ut syllabam aut plane, aut fere mutam constitueret. Iam vero cl. Hermanno docente [1]) ε e. g. interdum a poetis in syllabis, quae accentum habent, ita corripitur, ut cum

---

sitas, inquit, pronuntiationis regulam corrumpit, utputa si quis dicat *in primis doctus*, et addat *que* coniunctionem, et dicat *doctusque:* ecce in pronuntiatione accentum mutavit, cum non in secunda syllaba, sed in prima accentum habere debuit. Sunt quidem tres syllabae, in quibus accentus corrumpitur, *que*, *ne*, *ve*, ut *itáque*, quando adverbium est: nam quando coniunctio est, *ítaque* dicimus." — Ultimam vero vocis *ita* syllabam brevem esse, quis est qui nesciat?

1) Atque ε quidem ubi tam correpte pronuntiatur, ut mutam syllabam constituat, nunc ante longam vocalem est, ut in his ἔα, Πηλέα, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, Θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων, nunc ante brevem vocalem. De emend. Rat. Gr. Gr. p. 32. — His addam liceat versus sequentes:

ἡμέων δ' ὁπποτέρῳ θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται (Il. γ, 101).

δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν (Il. γ, 152).

sequentis syllabae vocali plane coalescat: clarum igitur atque perspicuum est, singulorum vocabulorum accentu omnino neglecto in versibus non nisi ictus metricos voce esse expressos [1]).

Optime sane defendit cel. Hermannus grammaticorum in doctrina accentuum Graecae linguae auctoritatem [2]), quae profecto nec eo, quod auctoritas veterrimorum poetarum alium olim in quibusdam verbis accentum, quam quem grammatici notarunt, obtinuisse docet, nec eo, quod hi interdum dubitaverunt, quae syllaba acuenda sit [3]), diminui potest. Etenim et in aliis linguis non solum diversis temporibus eadem vocabula

---

1) Quo minus de contractione hic cogitemus, prohibent ea, quae Hermann l. c. p. 24 monet, ubi haec leguntur: „Denique de syllabis mutis dicam. Eo nomine illas intelligi syllabas volo, quae non sunt integrarum syllabarum loco. Sic Attici genitivi tertiae declinationis in εως non possunt duabus integris syllabis pronuntiari. Id et accentus in barytonis docet, et metrum arguit, quod plerumque istas syllabas unius loco esse iubet. Nec tamen litteras εως in his genitivis prorsus in unam coalescere posse patet. Nam et saepe in versibus duabus syllabis pronuntiantur, et scriptura sigillatim exprimuntur. — Atqui — Graeci, ut pronuntiabant, ita scribere solebant. In his igitur syllabis cavendum est, si quis recte eas pronuntiare vult, ne alteram vocalem prorsus omittat. Ambae enim audiri debent, sed in unam syllabam coniunctae, ita ut ea vocalis, quae mutam syllabam constituit, minus audiatur."

2) De emend. Rat. Gr. Gr. p. 61. — De Metris Poet. Gr. et Rom. p. 75.

3) Θεμιστεῖον Ἡρωδιανὸς προπαροξύνει· ἀναλογώτερον γάρ· ἡ δὲ χρῆσις παροξύνει. N. — Τοῦτο ἡ μὲν ἀναλογία προπαροξύνει, ἡ δὲ συνήθεια προπερισπᾷ· ἐπικρατεῖ δὲ ἡ συνήθεια, ὡς ἐν τῷ χάριεν, κἀκεῖνο γὰρ, ὅσον κατὰ τὴν ἀναλογίαν, ἐπὶ τῆς παραληγούσης ἂν εἶχε τὸν τόνον, ἀλλ' ἡ συνήθεια προπαροξύνουσα αὐτὸ, ἐπεκράτησε. R. v. Schol. ad Pind. Ol. I, 18. cf. die Lehre vom Accent. p. 71 sqq.

mutato notata esse accentu, sed eodem quoque tempore id saepe fieri, nos docet lingua Anglicana, unde tam multa, quae accentuum doctrinae lucem adferunt, mihi licuit haurire. Sic e. g. Shakespearii temporibus pronuntiabatur *advértise*, pro eo, quod nunc dicunt, *advertise* [1]), *chástise* pro *chastíse*. *aspéct* pro *áspect*, *Charácter* pro *Cháracter*. Apud Miltonum invenitur *blasphémous* pro hodierno *blásphemous*, *cónfuse* pro *confúse* [2]), etc. At vero et nunc quoque eaedem dictiones sine ulla significationis mutatione accentu modo in hac modo in illa syllaba posito efferuntur, e. g. *revenue* [3]), cuius verbi antepenultimam alii, alii vero penultimam acuere solent. Sic quoque promiscue dicitur *hórizon* et *horízon*, *inhábile* et *inhabíle*, *inímical* et *inimícal*, *óbdurate* et *obdúrate*, etc. Minime igitur est, quod mirum

---

1) *Advertise* and *chastise* were, in Shakespeare's time, both accented on the penultimate, and therefore *advértisement* and *chástisment* were formed regularly from them.

„Wherein he did the king his lord advértise." *Hen. VIII.*
„Oh, then how quickly should this arm of mine,
„Now pris'ner to the palsy, *chástise* thee." *Richard. II.*

But since that time the verbs *advertise* and *chastise* have fallen into an analogy more agreeable to verbs of the same form. v. Walker's Pronouncing Dictionary. sub h. v.

2) Sham'd their *aspécts* with store of childish drops. *Rich. III.*
Who art the table wherein all my thoughts
Are visibly *charácter'd* and engrav'd. *The two Gentl. of Ver.*
O argument *blasphémous*, false and proud. *Par. Lost. V. 809.*
— Thus roving on
In *cónfus'd* march forlorn th' advent'rous bands. *Par. Lost. II, 615.*

3) This word seems as nearly balanced between the accent on the first aud second syllable as possible; but as it is of the same form and origin as *avenue* and *retinue*, it ought to follow the same fortune, etc. Walker's Pronouncing Dict. sub. h. v.

nobis videatur, si eandem apud Graecos accentuum rationem obtinuisse invenimus.

Unum adhuc restat, quod moneam. Auctoritate Villoisonii [1]) aeque ac Winckelmanni [2]) adductus minime dubitandum putavi, quin illa inscriptio, quae anno 1743 inter rudera Herculanensia ferebatur inventa, genuina sit. Ill. Boettiger vero pro ipsius erga me benevolentia literis me postea edocuit, Nicolaum Show [3]) iam

1) Anecdot. Graec. p. 130 sqq.

2) Sendschreiben von den Herculanischen Entdeckungen an den Reichsgrafen von Brühl. 1732. p. 82.

3) Chart. Papyracea Graec. Musei Borgiani p. 111 sq. ubi haecce exstant: „Ante hoc tempus (saeculum VII) accentus in libris diu notatas esse, nemo, in grammaticorum libris paulo versatior, ignorat; id autem celebri illa inscriptione Retinensi probari valde dubito. Eruditorum interpretum de hac inscriptione iudicium exscribam: *Or di qual peso sia questa Iscrizione, la di cui antichità è incontrastabile.* Hoc iudicium amplectuntur Princeps Torremuzza in libro: *Le Antiche Iscrizioni di Palermo raccolte e spiegate, Palermo* 1762. fol. Cl. Villoisonus in Anecdott. Graec. Tom. II. p. 143. Quibus accedunt Cl. et Rev. Fabricy *in Diatriba, qua bibliographiae antiquariae et sacrae critices capita aliquot illustrantur,* pag. 80. et Cl. Hwiid *in libello critico Havniae* 1785. 8. p. 23."

„Nihil habeo contra characterem cursivum et accentuum notationem, de quorum usu etiam ante Titi tempora persuasus sum, at contra ipsam huius inscriptionis literarum et accentuum formam, quam Titi tempore aliam prorsus fuisse existimo. Meae dubitationis duae inprimis adsunt rationes.

α) Inscriptio, quae in loco publico posita est, ut ab omnibus legatur, characterem, qui in usu est et ab omnibus cognoscitur, supponit; hinc mirum videtur, in tanta inscriptionum copia similem nullibi nec ante Titi tempora nec postea deprehendi. Existimandum igitur esset, hunc characterem, post Titi tempora omnino deperditum, in codicibus saeculi XIII et XIV demum renasci, quod multum improbabile est.

β) De charactere inscriptionis Retinensis minus iusta dubitandi ratio adesset, si primus character cursivus, quem in

comprobavisse, illam inscriptionem esse spuriam, quod quidem deinde et ipse Villoison primum suspicatus est, post autem plane adfirmavit, in cuius epistolis Vinariensibus haec leguntur [1]): »— nisi quis credere malit, hanc Kilderori Ratisbonensem, ut Chyndonactis Divionensem, et Herculanensem a Winckelmanno editam, spuriam esse et ab homine, qui fumum vendere et iocari voluit, multo postea confictam, quod et fortasse quis suspicari posset de singulari illa inscriptione anno 1743 inter Herculanensia rudera reperta, et anno 1760 a cl. Pratilli publici iuris facta T. II. p. 34 *delle pitture antiche di Ercolano.* — Saltem illius accentuum, spirituum et literarum forma longe recentiorem manum prodere videretur.« In fine istarum epistolarum vero [2]) »spuriam, in-

---

codd. saeculi IX et X offendimus, ex illo deductus videri potuisset, aut cum eodem aliquam saltem similitudinem haberet: contrarium autem ipsa codd. palaeographia monstrat: omnes enim huius inscriptionis literae (forma diphth. ου et lit. π excepta, quae antiqua esse potest) ex charactere cursivo codd. saeculi IX et X formatae esse videntur, quales etiam circa initium saeculi XIII in libris comparere incipiunt, quae a scribis deinde, exoleto antiquiori charactere cursivo, continuo ad seriora usque tempora adhibentur "

1) p. 106. Cf. quoque Specimina Antiquissima Scripturae Graecae Tenuioris seu Cursivae ante Imper. Titi Vespasiani tempora. Ex inscriptionibus temporalibus Classiariorum Pompeianorum exhibita cum earundem explicatione a Chr. The. de Murr. 1792. „Versus ille, inquit de Murr,

ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ

cum spiritibus et accentibus, ex Antiope Euripidis ex Polyb. Histor. L. I. p. 50 edit. Amst. (ap. Barnef. Fragm. 77.) qui parieti cuiusdam domus angularis in platea theatro vicina, inter rudera Herculanensia a manu petulanti literis cursivis nigris et rubris inscriptus A. 1743 reperiebatur, sua se novitate prodit. Nam literarum forma ad hodiernam nimis accedit atque recentissimam prodit manum."

2) p. 120.

quit, et fictitiam esse inscriptionem illam, quae inter rudera Herculanensia eruta, *cursivis*, ut aiunt, literis nigris et rubris in pariete exarata, notatur spiritibus et accentibus, quorum, ut et literarum, forma ad hodiernam nimis accedit, — memini me observare in his ipsis epistolis Vinariensibus.«

Accentus igitur est id, quo plures syllabae ad unam vocem constituendam inter se coniunguntur.

Quemadmodum vero verborum s. vocum elementa literae sunt [1]), sic ipsae voces tamquam elementa sermonis humani s. orationis sunt considerandae [2]). Orationis igitur iustam si nobis comparare volumus cognitionem, harum vocum naturam indolemque accurate investigemus necesse est: constat enim inter omnes, qui primoribus, ut aiunt, labris artem grammaticam adtigerunt, tantum abesse, ut omnia verba eiusdem sint naturae, ut etiam maxima inter ea intercedat differentia. Haec vero verborum differentia non ab ipsorum sono, nec a numero vel compositione literarum syllabarumve

---

1) Ἀρχαὶ μὲν οὖν εἰσι τῆς ἀνθρωπίνης καὶ ἐνάρθρου φωνῆς, αἱ μηκέτι δεχόμεναι διαίρεσιν, ἃς καλοῦμεν ϛοιχεῖα καὶ γράμματα· γράμματα μὲν, ὅτι γραμμαῖς τισι σημαίνεται· ϛοιχεῖα δὲ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων λαμβάνει πρῶτον, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν (Principia humanae articulataeque vocis sunt, quae divisionem ulterius non admittunt; quaeque elementa vocamus et literas. Literae appellantur, quia lineis quibusdam exprimuntur; elementa, quia primam ex his originem vox omnis sumit atque in ea postremo se resolvit). Dionys. Hal. de Compos. Verb. ed. Schaef. p. 154 sq.

2) Ἡ σύνθεσίς ἐϛιν, ὥϛπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων· ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι (Compositio, sicuti nomen ipsum indicat, est quaedam orationis partium inter se mutua compositio; quas dictionis etiam elementa nonnulli vocant), l. c. p. 18 sq.

pendet, e quibus constant, sed in ea definienda notiones respicere debemus [1]), quae singulis vocibus subiectae sunt. Quot harum notionum genera sunt, tot etiam vocum esse, accuratior investigatio nos docebit; haec vero diversa vocum genera a grammaticis orationis partes esse nominata, non est quod moneam.

Incredibile est, quanta semper Grammaticorum in harum orationis partium numero constituendo fuerit inconstantia [2]). At vero iis, quae isti de hac re tradide-

---

1) — non similitudo declinationis omnimodo coniungit vel discernit partes orationis inter se, sed vis ipsius significationis. Priscian. p. 970. edit. Putsch.

2) Ταῦτα (τὰ ϛοιχεῖα τῆς λέξεως) Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριϛοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους, ἄχρι τριῶν προήγαγον, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι, καὶ μάλιϛα οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες, ἕως τεττάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα. Εἶθ' οἱ μεταγενέϛεροι τὰ προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνοματικῶν, πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη. Ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἕκτον ϛοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς προθέσεις ἀπὸ τῶν συνδέσμων, καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ τῶν προσηγορικῶν. Οἱ δὲ καὶ ἄλλας τινὰς εἰσάγοντες τομὰς, πολλὰ τὰ πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν, ὑπὲρ ὧν οὐ μικρὸς εἴη λόγος (haec autem elementa dictions Theodectes et Aristoteles, et qui eorum temporibus philosophiae operam dabant, ad tria produxere; nomina et verba et coniunctiones primas orationis partes esse statuentes. Hos vero qui subsecuti sunt, praecipueque Stoicae sectae principes, ad quatuor usque promoverunt, articulos a coniunctionibus separando. Qui vero deinceps eos exceperunt, seiungendo adpellativa a nominibus ipsis, quinque primas esse partes ostendebant. Alii autem, et pronomina disiungendo a nominibus, sex-

runt, praetermissis, nos quidem notionum ipsarum statim investigemus naturam, ut nulla opinione praeiudicata ducti, quid de earum divisione statuendum sit, perspiciamus.

Cogitationibus nostris semper rem revera exsistentem, vel notionem quandam rei in animo nostro formatam, subiectam esse, cui adtribuatur, vel de qua enuntietur aliquid, quamque philosophi inde *subiectum* [1]) nominant, per se patet, nec est, quod pluribus hoc demonstrem. Eae vero voces, quae tale subiectum indicant exprimuntque, sunt vel *substantiva* proprie sic dicta, vel ea, quae locum ipsorum saepissime obtinent, *pronomina.*

Quae vero illis subiectis vel substantiis adtribui, sive de ipsis enuntiari possunt, diversissimi sunt generis. Pertinent enim huc primum qualitates, quae ipsis vel revera inhaerent, ut *doctus*, *stultus*, *pulcher*, *turpis*, vel ob relationem, qua cum aliis rebus aut notionibus coniunctae sunt, adsignantur, ut *pauper*, *dives* [2]). Eae vo-

---

tum et hoc orationis fecerunt elementum. Alii item et adverbia a verbis et praepositiones a coniunctionibus, et participia ab appellativis divisere. Aliqui, et alias praeterea inducendo sectiones, multas inde fecerunt dictionis partes; de quibus longum esset dicere). Dionys. Halic. de Comp. Verb. ed. Schaef. Sect. II. p. 18 sq. Cf. Plutarch. Quaest. Plat. ed. Reisk. T. X. p. 194. Diog. Laert. L. VII. Segm. 57. Apollon. Alex. de Synt. I. 3. Boethius in Libr. de Interpret. Priscian. p. 574 ed. Putsch. Sanct. Minerv. 1693. p. 11. Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 127. Monboddo on the Origin and Progress of Human Language. Part. II. Book I. Ch. III.

1) A Prisciano quoque nomine *substantiae* insignita est. Priscian., p. 1042. ed. Putsch.

2) Huc quoque referenda sunt in Germanica lingua *hiesig*, *dortig*, *gestrig*, etc. quae quidem adiectiva Mackensen in Beiträgen zur Kritik der Sprache, insbesondere der Deutschen, 1. St. 1793. p. 46 sqq. multis oppugnavit argumentis, et tamquam rationi repugnantia censuit reiicienda (cf. quoque ipsius com-

ces, quibus harum qualitatum significatio subiecta est, *adiectiva* vocantur, quibus quoque eae adnumerari possunt, quae quantitatem s. numerum exprimunt, atque *adiectivorum numeralium* nomine sunt insignitae. At vero et ea pronomina, quibus nomen *pronominum adiectivorum* a grammaticis inditum est, huc trahi debent.

Praeter illas qualitates autem subjectis etiam efficacia (ἐνέργεια) aliqua adtribuitur, sive adfirmatur, ipsa vim aliquam exserere. Eae dictiones, quibus haec adtributa ἐνεργητικὰ designantur [1]), a Graecis ῥήματα, a Romanis vero nominabantur *verba* [2]), quia ipsis omnis sermonis videbantur esse fundamentum [3]). Ad haec verba

---

mentatio in Beiträgen zur weitern Ausbildung der Deutschen Sprache. Braunschw. 1796. II. B. IV. St. p. 104 sqq.): argumenta vero ab eo prolata omnino vana esse nihilque probare, in duabus commentationibus libro iam nominato insertis (über die aus Umstandswörtern gebildeten Beiwörter. St. III. p. 63 sqq. et St. VIII. p. 110 sqq.) ostendere sum conatus.

1) Τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὂν δήλωμα, ῥῆμά που λέγομεν (declarationem, qua actiones significantur, verbum dicimus). Plat. T. II. p. 292. ed. Bipont.

2) In Germanica lingua has dictiones nominatas esse *Zeitwörter*, non est quod moneam. Huius vero nominis ipsis imponendi ansam illa, quam Aristoteles (in libr. de Interpret. c. 3. p. 18. ed. Buhl.) protulit, quamque omnes fere reliqui grammatici sequuti sunt, verbi definitio dedisse videtur. Ῥῆμα enim inquit ille Stagirites, ἐςὶ τὸ προςσημαῖνον χρόνον, οὗ μέρος οὐδὲν σημαίνει χωρὶς, καὶ ἔςιν ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖον (*Verbum* est, quod tempus consignificat, cuius pars nihil significat separatim, et semper signum eorum est, quae de alio dicuntur). — Illud nomen vero minime *verbo* convenire, tunc ostendam, cum de natura ipsius copiosius explicabo.

3) Veteres, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, *verba* modo et *nomina* et *convinctiones* tradiderunt: videlicet quod in verbis *vim sermonis*, in nominibus materiam, (quia alterum est, quod loquimur, alterum de quo loquimur) in con-

tamquam ipsorum modi vulgo participia referuntur atque infinitivus; nec sane negari potest, has orationis partes cum verbo specialiter accepto esse coniunctas: at vero longe alia, quam hactenus a plerisque factum est, considerari debent ratione. Infinitivus enim, ut in posterum pluribus comprobabimus, nihil aliud nisi substantiva verbi forma est; participia vero, quae in nonnullis linguis substantivorum naturam induunt, proprie ad adiectiva referri debent, quum nobis revera adiectivam verbi formam exhibeant. De ea vero, quae inter adiectivi participiique significationem intercedit, differentia tunc exponemus, quum singularum orationis partium accuratius explicabimus naturam.

Hactenus de eis sermo fuit dictionibus, quae subiectum aliquod aut rem ei adtributam designant. At vero inspiciamus e. g. eum locum [1]) in Memorabilibus Socratis a Xenophonte conscriptis, ubi haec leguntur: *ἐδόκει δέ μοι καὶ τοιαῦτα λέγων προτρέπειν τοὺς συνόντας ἀσκεῖν ἐγκράτειαν πρὸς ἐπιθυμίαν βρωτοῦ καὶ ποτοῦ καὶ λαγνείας καὶ ὕπνου* etc. et latere nos non potest, multa ibi occurrere verba, quorum significationem notionibus iam memoratis nullo modo possumus adnumerare. Huc pertinent voces *δέ*, *καί*, *τούς*, *πρός*, *ἀκολαςέρως* etc. quarum nonnullae, si ipsas adtentius consideramus, per se et omni ad alias dictiones relatione sublata ne sensum quidem habere notionemque aliquam exprimere videntur [2]). Hoc sane de vocibus *δέ*,

---

vinctionibus autem complexum eorum esse iudicaverunt. Quintilian. de Institut. Orat. I, 4, 18. p. 22. ed. Gesn. Cf. IX, 4, 26. p. 461.

1) Libr. II. c. 1 init.

2) *Ἔτι, ὃν τρόπον τῶν ςοιχείων τὰ μέν ἐςι φωνήεντα, ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ φωνὴν ἀποτελεῖ· τὰ δὲ σύμφωνα, ἅπερ ἄνευ τῶν φωνηέντων οὐκ ἔχει ῥητὴν τὴν ἐκφώνησιν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἔςιν ἐπινοῆσαι κἀπὶ τῶν*

καί, τούς, πρός, omnibusque iis, quae his similes sunt, adfirmare licet: ἀκολαςτέρως e contrario sensum quidem clarum distinctumque exhibet, minime vero adtributi substantiae s. subiecti, sed tantummodo adtributi rei adtributae significationem habet. Huic autem dictioni, et omnibus, quae ad hoc partium orationis genus pertinent, adverbiorum nomen impositum est.

Restat tandem, ut de iis quoque quaedam adiiciamus dictionibus, quae, ut modo vidimus, non separatae a reliqua oratione et per se positae, sed tantummodo, si cum aliis verbis coniunctae sunt, certam definitamque habere videntur significationem, quibusque nobis *dictionum secundariarum*, reliquis vero, ut haec diversa dictionum genera etiam adpellatione distinguantur, *primariarum* nomen imponere liceat.

Ad has secundarias dictiones, quarum exempla nobis ille ex Xenophontis scriptis adpositus locus tria exhibuit, καί scilicet, πρός et τούς, pertinent igitur *articulus*, *coniunctio* ac *praepositio*.

Articuli, qui non in diversis solum, sed etiam in una eademque lingua tam varie adhibetur, ea propria vis est, ut nomen adpellativum in tale nomen commutet, quo res individua designetur; praepositiones autem eam, qua quid ab alio pendet, significant rationem, sive notionum relationem indicant: et coniunctionum tandem ea ratio est, ut non singula verba, sed enuntiationes propositionesve inter se coniungant, simulque eam indicent relationem, quae inter ipsas intercedit.

λέξεων· αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, τρόπον τινὰ τῶν φωνηέντων, ῥηταί εἰσι· καθάπερ ἐπὶ τῶν ῥημάτων, ὀνομάτων. ἀντωνυμιῶν, ἐπιῤῥημάτων· — αἱ δὲ, ὡσπερεὶ σύμφωνα, ἀναμένουσι τὰ φωνήεντα, οὐ δυνάμεναι κατ' ἰδίαν ῥηταὶ εἶναι — καθάπερ ἐπὶ τῶν προθέσεων, τῶν ἄρθρων, τῶν συνδέσμων· τὰ γὰρ τοιαῦτα ἀεὶ τῶν μορίων συσσημαίνει, Apollon. Alex. de Synt. I, 3.

His, quae de diversis partium orationis generibus modo exposita sunt, diligentius expensis, ipsas in hunc ordinem distribui atque hoc modo disponi posse, facile adparebit.

Dictiones sunt

I. vel primariae,

II. vel secundariae.

I. Ad primarias pertinent

1) eae, quae subiectum vel substantiam aliquam significant, et huc referenda sunt

a) substantiva proprie sic dicta,

b) pronomina, quae eorum locum occupant.

2) eae, quae adtributis designandis inserviunt. Adtributorum vero duo sunt genera, quorum

a) primum ea comprehendit, quae substantiis vel subiectis inhaerent. Haec quidem denotant

α) adiectiva, quibus adnumerari possunt

𝔞) adiectiva numeralia,

𝔟) pronomina adiectiva,

𝔠) participia;

β) verba.

b) Secundum genus vero ea complectitur, quibus alia adtributa accuratius definiuntur, ad quae ipsa igitur referri debent. Eae vero dictiones, quae haec adtributorum adtributa denotant, adverbiorum nomine insignitae sunt.

II. Ad dictiones secundarias pertinent

1) articulus,

2) praepositio, et

3) coniunctio.

His quidem orationis partibus multi grammatici *interiectiones* quoque adiiciendas esse adfirmaverunt [1]). Iis

1) „Veteres — verba modo et nomina et convinctiones tradiderunt. — Paullatim a philosophis — auctus est numerus: ac primum convinctionibus articuli adiecti, post praepositiones: no-

vero minime adsentiendum esse iam inde adparet, quod illis nulla certa definitaque notio subiecta est, ne eius quidem generis, quas dictionibus secundariis designari vidimus. Possunt igitur interiectiones tantummodo tamquam mentis affectuum notae considerari [1]).

Partibus orationis hoc modo in ordinem distributis atque dispositis, accuratius iam atque fusius de singulis licet explicari.

---

minibus adpellatio, deinde pronomen, deinde mixtum verbo participium, ipsis verbis adverbia. Noster sermo articulos non desiderat. — Sed accedit superioribus interiectio." Quintil. I, 4, 18. Cf. Diomedes de Orat. et Part. Oration. p. 412. ed. Putsch. Donat. p. 1760. ed. Putsch. Graeci interiectionem inter adverbia ponebant. Priscian. p. 23. ed. Putsch.

1) „*Interiectionem* non esse partem orationis sic ostendo: Quod naturale est, idem est apud omnes; sed gemitus et signa laetitiae idem sunt apud omnes: sunt igitur naturales. Si vero naturales, non sunt partes orationis. Nam eae partes, secundum Aristotelem, ex instituto, non natura debent constare. Sanct. Minerv. p. 13. Interiectiones a Graecis ad adverbia referuntur, atque eos sequitur etiam Boethius. Et recte quidem de iis, quando casum regunt. Sed quando orationi solum inseruntur, ut nota affectus, velut suspirii aut metus, vix videntur ad classem aliquam pertinere, ut quae naturales sint notae; non, aliarum vocum instar, ex instituto significant." Voss. de Annal. I, 1. — Interiectio non pars orationis est, sed signum affectionis erumpentis animi in vocem. August. de Gramm. p. 2017. ed. Putsch. — „Interiections coincide with no part of speech, but are either uttered alone, or else thrown into a sentence, without altering its form, either in Syntax or signification. — They are not so properly parts of speech, as adventitious sounds; certain voices of *nature*, rather than voices of *art*, expressing those passions and natural emotions, which spontaneously arise in the human soul, upon the view or narrative of interesting events." Hermes by J. Harris. p. 289. Cf. Monboddo on the Orig. and Progr. of Human Language. Vol. II. B. I. Ch. XII.

IV.

DE

PARTIUM ORATIONIS
INDOLE ATQUE NATURA.

COMMENTATIO II.

MDCCCXII.

Homo nec cogitare, nec quidquam enuntiare potest, nisi sit, quod sibi contemplandum sumat, et de quo cogitata sua declaret: hoc vero est id, quod, a grammaticis subiecti nomine insignitum, substantivis designatur, quibus igitur primus inter partes orationis locus omnino tribuendus est. Alias orationis partes, totasque etiam sententias substantivorum vicem obtinere posse, sequentia nos docebunt; id vero minime obstat, quo minus eas notiones, quae substantivis subiectae sunt, tamquam primariam et peculiarem cogitationum enuntiationumque nostrarum materiem consideremus. Priusquam vero de substantivis, ut earum signis, accuratius explicemus, ea adponantur necesse est, quae et veterum et recentiorum grammaticorum praecipui de illorum natura tradidere.

Primum vero hoc loco monendum est, plerosque veterum philosophorum grammaticorumque, quos et recentiorum nonnulli secuti sunt, substantiva cum adiectivis consociasse, et utrasque has orationis partes *nominum* adpellatione esse complexos, quibus alii participia quoque adiungenda esse censuere [1]). At vero licet haec

1) „Nominibus adnumerari debent participia, quae, quum notionem conditionis alicuius contineant, quae quarum rerum

omnino adiectivis adnumerari debeant, ipsa tamen, aeque quam adiectiva, a substantivis prorsus separanda esse, iam inde patet, quod haec, ut ex sequentibus elucebit, plures in unam notionem coniunctas qualitates, tamquam substantiam constituentes, aut unam solam qualitatem, ut per se exstantem, illa vero singulas qualitates, tamquam substantiis adiunctas et inhaerentes, designant [1]).

Aristoteles, ut hunc philosophorum principem primo loco ponam, »Nomen, inquit, est vox composita, significativa sine temporis nota, cuius pars nulla est per se significativa: nam in duplicibus (nominibus) nulla parte utimur, ut etiam ipsa per se significet; veluti in *Theodoro*, *doron* nihil significat« [2]). Hac vero nominis definitione, eo quoque laborante vitio, quod rem tantum notet declarando, quid non sit in illa, ipsius vim minime exprimi, iam inde adparet, quod illa maiorem etiam adverbiorum numerum, ea scilicet, quae nullam temporis habent significationem, amplecteretur, quae profecto

---

conditio sit, per se non intelligatur, in nominibus adiectivis ponenda sunt, sic quidem, ut a caetera adiectivorum multitudine eo differant, quod significationem adiunctam habeant temporis, quo quid aliqua conditione sit praeditum.“ Herm. de emend. Rat. Gr. Gr. p. 182.

1) Separatim περὶ ὀνομάτων teste Suida (v. Ὑπερέχιος et Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς) scripserat librum Hyperechius Alexandrinus, qui imperatoris Marciani temporibus vixit, sicut et Apollonius Alexandrinus Dyscolus, quem de omnibus grammatices partibus optime meritum esse, inter omnes constat.

2) Ὄνομά ἐςι, φωνὴ συνθετὴ, σημαντικὴ ἄνευ χρόνου, ἧς μέρος οὐδέν ἐςι καθ' αὑτὸ σημαντικὸν ἐν γὰρ τοῖς διπλοῖς οὐ χρώμεθα, ὡς καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ σημαῖνον· οἷον, ἐν τῷ Θεοδώρῳ, τὸ, δῶρον, οὐ σημαίνει. Aristotel. de Arte Poetica, c. XXI. Vol. V. p. 250. ed. Buhl.

nullus grammaticorum nominibus adnumeranda censuit. Nec magis fructuosa sunt ea, quae idem philosophus de diversis nominum tradit speciebus. Etenim, »Nominis, inquit, sunt species: aliud quidem simplex, quod constat ex partibus non significantibus, ut γῆ· aliud autem duplex. Et huius etiam una species, ex significante et non significante, altera autem ex significantibus constat. Potest vero esse et triplex, et quadruplex nomen, et multiplex. — Omne autem nomen est aut proprium, aut glossa (*seu peregrinum*), aut metaphora, aut ornatus, aut factum, aut extensum, aut diminutum, aut immutatum« [1]). Haec sane omnia, quae Stagirites de nominum speciebus tradit, ipsorum tantummodo formam, compositionem, significationisque eis subiectae mutationem spectantia, nihil quidquam ad eam, quae inter nomina ob notionum ipsis designatarum differentiam intercedit, diversitatem, cuius grammatica philosophica unice rationem habere debet, dilucidandam atque diiudicandam facere, quis est, qui non videat?

Apud Priscianum haec exstat nominis definitio, ipsiusque vocis derivatio. »Nomen, inquit hic praeclarus grammaticus [2]), est pars orationis, quae unicuique subiectorum corporum seu rerum communem vel propriam qualitatem distribuit. Dicitur autem nomen, vel a Grae-

1) Ὀνόματος δὲ εἴδη, τὸ μὲν ἁπλοῦν· ἁπλοῦν δὲ λέγω, ὃ μὴ ἐκ σημαινόντων σύγκειται· οἷον, γῆ· τὸ δὲ διπλοῦν. Τούτου δὲ τὸ μὲν ἐκ σημαίνοντος καὶ ἀσήμου, τὸ δὲ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. Εἴη δ' ἂν καὶ τριπλοῦν καὶ τετραπλοῦν ὄνομα καὶ πολλαπλοῦν. — Ἅπαν δὲ ὄνομά ἐςιν ἢ κύριον, ἢ γλῶττα, ἢ μεταφορὰ, ἢ κόσμος, ἢ πεποιημένον, ἢ ἐπεκτεταμένον, ἢ ὑφηρημένον, ἢ ἐξηλλαγμένον. Aristot. l. c. p. 252.

2) Priscian. ap. Putsch. p. 577. cf. quoque Serv. Mar. Honor. in sec. Don. Ed. Inter. ap. Putsch. p. 1781.

co, quod est νόμα, et adiecta ὀ ὄνομα [1]), dictum a tribuendo, quod νέμειν dicunt; vel ut alii nomen, quasi notamen, quod hoc nomine notamus uniuscuiusque substantiae qualitatem. Et communem quidem corporum qualitatem demonstrat, ut homo, propriam vero, ut Virgilius, rerum autem communem, ut disciplina, ars, propriam, ut Arithmetica Nicomachi, Grammatica Aristarchi.« — Veriora iam in hac nominis explicatione insunt, quam in eis, quae Stagirites de ipsius natura tradidit; at vero in eo errat grammaticus ille Caesariensis, quod, ut ex eis, quae modo adpositis subiungit, adparet, adiectiva cum substantivis, ac si utraque ad unam eandemque orationis partem pertinerent, coniungenda esse duxit: et nimis ambigua ea esse, neque ad substantivorum naturam declarandam sufficere, quae ad eam explicandam adtulit, ex iis patescet, quae nosmet ipsi in sequentibus proferemus. Nec propius ad verum accessit in enumerandis nominum speciebus, et exponendis eorum diversitatibus, quarum et multas posuit inutiles, et, in quibus constituendis haud aberravit a recto, quo discrimine eae diiudicarentur, non satis explicavit. Nos quidem illas hic adponere supersedemus, ne ab eo, quem instituimus, cursu nimis abripiamur.

Eiusmodi nominis explicationes, qualem v. g. Sanctius in grammatica sua proposuit, ubi »Nomen, inquit, est vox particeps numeri casualis, cum genere; ex quibus differentiis oritur declinatio«: quibus non ita multo post subiungit: »dividitur nomen in substantivum et adiectivum: substantivum est, quod cum uno genere declinatur; adiectivum genus non habet, sed terminatio-

1) „Nomen dici a Graeco ὄνομα omnes sentire videntur: mihi autem a *nosco, novi, notum, novimen, nomen*, ut a *moveo, movi, motum, movimen, momen*. Est enim imago quaedam Nomen, qua quid noscitur.“ Haec Scaliger. v. Sanct. Minerv. I, 5. p. 36. ed. Bauer.

nem ad genera, vel sub uno fine, vel sub duobus, vel sub tribus« [1]), — omnino oblivioni tradendae sunt.

Iam vero nosmet ipsi investigare adgrediamur, quae substantivorum sit natura atque indoles, quot eorum constituenda sint genera, et qua re ab adiectivis differant, cum quibus, ut modo vidimus, a plerisque grammaticorum una eademque adpellatione comprehenduntur.

Substantivorum nomen iis impositum est verbis, quibus vel res revera exstantes et in sensus nostros incurrentes, vel notiones designantur, quarum subiecta aut omnino animo nostro efficta sunt, aut tantummodo a nobis tamquam per se constantia cogitantur. Duplex inde iam conficitur substantivorum genus, quorum alterum ea comprehendit, quibus a grammaticis nomen concretorum inditum est, alterum vero ea, quae abstracta nominantur. At vero concreta substantiva, omnibus rite perpensis, in diversas quoque dispertiri debent species, si ex hac notionum substantivis designatarum investigatione digestioneque eum percipere volumus fructum, quo grammaticae philosophicae studium non solum commendatur, sed plane redditur necessarium.

Primam substantivorum concretorum speciem constituunt ea nomina, quae singulis rebus, a philosophis individuorum adpellatione insignitis, indita sunt, quibusque hae res ab omnibus reliquis, ubiubi exstent, distinguuntur. Haec substantiva ea esse, quae grammatici nomina propria (κύρια) adpellaverunt, non est quod moneam [2]). Notiones igitur, quae his nominibus exprimuntur, omnes qualitates proprietatesque complectuntur,

1) Sanct. Minerv. T. II. p. 581 sq. ed. Bauer. Cf. quoque Scioppii Gramm. Philos. p. 4.

2) „Proprium nomen est, quod naturaliter uniuscuiusque privatam substantiam et qualitatem significat, et in rebus est individuis, quas philosophi atoma nominant, ut Plato, Socrates. Itaque caret communione naturali.“ Priscian. ap. Putsch. p. 578.

quibus res singulis subiectae ab omnibus aliis rebus differunt. Eiusmodi vero nominibus si homo unumquodque individuum, unamquamque substantiam voluisset signare, tunc sane ob infinitum verborum numerum, quibus ipsi fuisset opus, ne unam solam quidem linguam memoria continere atque custodire potuisset: eaque igitur de causa linguae inventoribus aliam plane inire rationem necesse erat.

Permultae occurrunt res, quae, licet qualitatibus quibusdam privis a se invicem differant, nonnullas tamen habent omnibus communes, quibus in unum genus unamve speciem coniunguntur. Hae igitur omnibus illis rebus communes qualitates in unam notionem collectae, notionesque ita animo nostro informatae, nominibus signatae sunt: quibus vero hae notiones exprimuntur substantivis, eis a grammaticis nomen adpellativorum impositum est, eaque secundam substantivorum concretorum constituunt speciem [1]). Haec substantiva itaque non individua designant, nec substantias, sed tantum qualitates, quae multis individuis communes sunt, in unam notionem coactas [2]). Nec profecto est, quod miremur, vel rudes adhuc homines hanc notionum formandarum verbisque significandarum iniisse rationem, cum revera etiam nominibus propriis non substantiae ipsae notentur, sed notiones tantummodo exprimantur, quas de singulis rebus, qualitatibus ipsarum in unum collectis, animo

1) „Nomen adpellativum naturaliter commune est multorum, quos eadem substantia, sive qualitas, vel quantitas, generalis vel specialis iungit. Generalis, ut animal, corpus: specialis, ut homo, lapis, grammaticus.“ Priscian. l. c. — Ἔϛι δὲ προϛηγορία μὲν, κατὰ τὸν Διογένην, μέρος λόγου σημαῖνον κοινὴν ποιότητα· οἷον, ἄνθρωπος, ἵππος, ὄνομα δέ ἐϛιν μέρος λόγου δηλοῦν ἰδίαν ποιότητα· οἷον, Διογένης, Σωκράτης. Diogenes Laert. VII, 58.

2) v. Mertians allgemeine Sprachkunde, p. 151 sq.

nostro effinximus. Qualitates enim rerum tantummodo possumus investigare et percipere, ipsam vero earum naturam perspicere atque cognoscere nobis est denegatum [1]).

Tertiam substantivorum concretorum speciem efficiunt ea, quae a grammaticis nomina collectiva adpellantur. Saepe enim plura ad unum genus pertinentia individua, quae quasi integrum corpus constituunt, seu multitudinem rerum ita comparatarum, ut singularum vel non queamus, vel etiam nolimus rationem habere, una notione comprehendimus; eiusmodique notiones quae significant substantiva, eis nomen collectivorum impositum est [2]).

---

1) „Quae (animi sive partes, sive facultates,) animal constituunt, duorum ipsae quoque generum sunt. Partim enim cognitione quadam et apprehensione, partim appetitione et declinatione cernuntur. Illas γνωςικὰς Graeci, has ὀρεκτικὰς vocant. Γνωςικαὶ in animalibus sunt duae, sensus et phantasia; utendum enim est hoc, quando Latino caremus. Sensibus apprehenduntur singula tantum, non etiam universa, nisi quatenus sunt in singulis. Non enim lapidem aut lignum proprie ac per se videmus, sed hunc lapidem et hoc lignum: aut potius neque hunc lapidem, neque hoc lignum, sed huius lapidis aut ligni colorem. Sensus enim non percipit essentiam, ut Ciceronem locutum esse aiunt, sive, ut posteriores locuti sunt, substantiam: sed ea tantum, quae ei adiuncta sunt: neque rosam aut videmus, aut olfacimus, sed rosae odorem olfacimus, colorem videmus. — Phantasia rerum sensu perceptarum formas quasdam, et, ut Graeci loquuntur, typos recondit et continet." Muretus, de sui cognitione, deque omnibus humani animi facultatibus. Orat. X. T. I. p. 87. ed. Ruhnk. — „Was unter die Sinne fällt, ist nicht der Gegenstand selbst, sondern bloss seine Eigenschaften, seine Weise zu seyn: Gegenstände an sich sind Dinge, welche unter ihren Eigenschaften verhüllt liegen, und folglich auf keine Art vorstellig gemacht werden können. Sie sind also ausser den Gränzen unsers Erkenntnissvermögens." Mertian's allgemeine Sprachkunde, p. 109.

2) Nominantur etiam comprehensiva: „Sunt alia (substan-

Non valde discrepant ab his ea substantiva, quae non singula individua, nec plura in unam notionem collecta, nec multitudinem rerum, sed copiam partium, sive, ut hoc vocabulo utar, massas [1]) designant, quae tantum partibus constant, minime vero individuis, saltem non eis, quae facile a se invicem distingui possunt. Pertinent vero huc omnia fluidorum metallorumque genera, multaeque aliae in vegetabili animalique regno occurrentes res; eaque nomina, quibus significatio harum rerum subiecta est, et quae, olim quidem a nobis cum nominibus collectivis una specie comprehensa, nunc sane omnibus rite perpensis omnino ab ipsis separanda videntur [2]), nomina materialia adpellare liceat [3]).

Restat adhuc illud substantivorum genus, quo ea

---

tiva) singularia voce, intellectu pluralia, quae etiam comprehensiva dicuntur, i. e. περιληπτικά, ut populus, exercitus, legio." Priscian. ap. Putsch. p. 662. v. quoque p. 581. — cf. Eustath. ad Il. β. p. 219, ubi etiam συλληπτικά vocantur.

1) „*Massa*, farina omnis ad pinsendum macerata, et aqua subacta, unde panis coquitur. *Massa* etiam significat, quidquid densum spissumve est, ad similitudinem farinae subactae. Βῶλος ἀργύρου, ἢ ἄλλης ὕλης. *Gloss. Lat. Gr.* Eo autem nomine sic dicitur, quod informis moles est, in qua nihil nisi moles et magnitudo spectetur." Gesner. L. L. Thesaur. v. *Massa.*

2) Seiungit quoque haec nomina, et duas inde substantivorum constituit species Bernhardi in libro inscripto *Anfangsgründe der Sprachwissenschaft*, p. 163, ubi haec leguntur: 1) *Substantivum materiale* bezeichnet blosse Ausdehnung, träge im Raum verbreitete Materie; 2) *Collectiva* befassen mehrere einzelne Dinge als Einheit, als Ein Merkmal."

3) Iam quidem haec substantiva in duas videntur dispertienda species, nomenque materialium iis imponendum, quae massas designant, partibus tantum constantes; ea vero, quae res significant individua complectentes, quamvis haud facile a se invicem distinguenda, adpellanda esse universalia (Gesammtheitsnamen).

continentur, quae singulas in substantiis adparentes qualitates, nec non et actiones ipsarum, quarum illae adiectivis, hae verbis exprimuntur, a substantiis plane separatas atque seiunctas tamquam res per se exstantes designant, quibusque nomen substantivorum abstractorum a grammaticis impositum est. Derivantur igitur haec substantiva formanturque ab adiectivis aeque ac verbis. Ea, quae ab adiectivis originem trahunt, quantitatem, qualitates et animis et corporibus inhaerentes, conditionemque substantiarum, quae vero a verbis deducuntur, actiones ipsis notatas tamquam res per se constantes exprimunt, et quidem, in nonnullis saltem linguis, partim sine omni respectu rei, in quam effectus transit, partim sic, ut haec res respiciatur, partim vero ita, ut ipse effectus designetur [1]).

---

1) Ut in multis aliis rebus, sic in hac etiam excellit lingua Germanica, in qua omnes hae formae occurrunt. A verbo *laden* e. g. derivatur *das Laden, die Ladung, die Last.* Sic quoque invenimus: *das Belohnen, die Belohnung, der Lohn; das Segnen, die Segnung, der Segen.* cf. Moritz Deutsche Sprachlehre in Briefen. Berl. 1791. p. 91.

Schilperoort in grammatica sua Anglicana (Premier Cours de la Gram. Angl. Amst. 1807. p. 90 sqq.) substantiva in quatuor digessit genera, quorum vero descriptio ab ea, quam nos proposuimus, collectivis quoque et materialibus in unam speciem redactis, ex parte saltem differt. Ipso auctore substantiva sunt 1) nomina propria; 2) communia, quae nos adpellativa nominavimus; 3) idealia, quo nomine una cum iis, quae nos supra abstracta adpellavimus, *ea* comprehendit, quibus, ut ipse loquitur, tempestatis conditio, totum aliquod genus seu substantia universa significatur, v. g. pluvia, grando, genus humanum *(Mankind),* aurum; 4) collectiva, quae singulari numero multitudinem designant, sive, ut Grammatici loquuntur, positione singularia, intellectu pluralia sunt. Huic ultimo generi duas adhuc subiungit species, quarum altera ea substantiva amplectitur, quae ipse collectiva idealia adpellat, altera vero ea, quibus nomen collectivorum communium imponit, v. e. genus humanum *(Mankind),* turba, grex, coetus.

Ea nomina, quae ad quatuor illas, in quas nos substantiva concreta digessimus, species pertinent, nonnulli veterum grammaticorum corporalia adpellasse, substantivis abstractis e contrario nomen incorporalium indidisse videntur. »Corporale nomen, inquit Servius Honoratus, vel incorporale grammatici ita definierunt, ut corporale sit, quidquid videtur et tangitur, ut lapis, incorporale, quod non videtur et tangitur, ut pietas« [1]). Nonnihil tamen ab his recedunt ea, quae Priscianus de hac re monet, qui, »Adpellativorum, inquit, multae sunt species, quarum quaedam communes inveniuntur cum propriis, sive sint primae positionis, sive derivativa. Sunt enim quaedam corporalia in adpellativis, ut homo; sunt etiam in propriis, ut Terentius. Alia incorporalia in adpellativis, ut virtus, in propriis, ut virtus dea« [2]). — At profecto, si his nominibus species quasdam substantivorum distinguere volumus, longe alia eis subiicienda, atque his adpellationibus notanda videntur. Etenim inter ea substantiva, quae adpellativa nominantur, qualitatesque pluribus individuis communes in unam notionem coniunctas designant, nonnulla inveniuntur, quibus non res revera exstantes, sive etiam in sensus nostros incurrentes ipsisque perceptae, sed notiones modo, quas in animo nostro formavimus effinximusque, sunt subiectae. Haec igitur optimo iure incorporalia nominare, reliqua vero corporalium nomine possumus insignire. Huc vero pertinent notiones diaboli, animarum, coeli, quatenus locus beatorum est, orci etc. Nonnulla vero eorum substantivorum, quae adpellativorum nomine comprehenduntur, designant, ut haec ipsa exempla docent, eiusmodi notiones, quarum subiectum sui generis unicum est, quod in rerum natura exstet, ita ut ipsa

1) Serv. Mar. Honor. in sec. Donat. Edit. Interpret. ap. Putsch. p. 1781.

2) Priscian. ap. Putsch. p. 579.

potius in nominum propriorum numerum referenda videantur, v. c. Deus, mundus (quatenus haec dictio hoc universum designat), etc. [1]).

Hanc substantivorum divisionem ac dispositionem non vanam esse atque inutilem, patescet ex iis, quae de numero plurali articuloque nobis erunt adponenda. Mire enim linguae diversae in numero plurali atque articulo adhibendo a se invicem differunt; neque fieri potest, ut hanc rem diiudicemus, articulique et numeri pluralis usum ad certas accurateque circumscriptas leges revocemus, nisi eiusmodi, qualem proposuimus, substantivorum dispositionis notitia simus imbuti.

Omnes, quae exstant, substantiae vel vita praeditae sunt, vel inanimatae; prioresque iterum sexu distinguuntur, quoniam, ut Consentii [2]) verbis utar, omne animal

---

1) His ita dispositis atque ordinatis usus iam articuli definitivi, sive, ut rectius nominaretur, definientis in lingua Anglicana, in qua grammaticae philosophicae eum spectantes regulae magis quam in ulla alia linguarum cultiorum observantur, quam accuratissime potest definiri. Articulus definiens enim, ut deinceps videbimus, proprie adpellativis tantummodo praeponitur nominibus, et quidem in singulari numero tum, si de uno solo individuo sermo est, vel etiam, si individuum aliquod pro toto, ad quod pertinet, genere ponitur, v. c. *the dog, you have got, is a very fine one. The dog is a faithful animal.* Excipitur modo τὸ *man*, homo, quae vox pro toto genere humano posita articulum respuit, id quod Popii ille versus omnibus notus testatur:

The noblest study of mankind is *man*.

Illa quoque nomina adpellativa, quae unicum aliquod sui generis significant individuum, in lingua Anglicana articulum adsciscunt definientem, v. g. *the world:* tres tamen huius generis voces, *heaven* scilicet, *hell* et *god* semper sine articulo ponuntur. Haec eis, quae de hac re in grammatica mea linguae Anglicanae tractavi, addenda sunt.

2) Lectu digna sunt ea, quae hic grammaticus de substantivorum generibus tradit, qui (ap. Putsch. p. 2023 sq.) „Ge-

natura necesse est esse aut masculinum aut femininum, quod in res inanimatas non cadit, quae sexus expertes sunt.

Tribus hac ratione a natura ipsa constitutis substantiarum generibus, haec differentia quoque in plerisque

---

nera nominum, inquit, quae naturalia sunt, duo sunt, masculinum et femininum; quoniam omne scilicet animal natura necesse est aut masculinum aut femininum. Dictaque haec sunt ab eo Genera, quod generare possunt. Denique si simplicibus esse et veris et naturalibus utamur, naturale primum masculinum genus mares, femininum feminas appellabimus, sed quoniam cum dicamus Cato aut Martia, nomina hominum dicimus, quamquam nullum nomen ipsum aut masculus est aut femina, generi tamen subiacet, quia corporis nomen est; recte masculinum genus aut femininum, non mas et femina dicimus. Non enim nomina generant, sed corpora, quorum illa sunt nomina. Ita non nomen mas aut femina est, sed homo aut animal, cuius illud est nomen. Quod cum ita sit, remanet, ut in hac tali declinatione nominum, quia masculina potius quam mares, feminina quam feminas dicimus, naturale generis nomen videatur omissum. Erunt tamen principalia sub huiusmodi nominibus genera, quae quoniam ita adpellari coepta sunt in nominibus animantium, extenta res est consuetudine, ut etiam haec, quae essent sexuum experta, masculino aut feminino genere censerentur, ut aer, portus, terra, domus. Ergo duo genera naturalia seu principalia sunt, masculinum et femininum. Tertium genus est, quod neutrum vocant, quodque in his tantum rebus dicitur, quae animales non sunt. Artificiale quidam putant; non enim hoc, inquiunt, habet natura. Alii vero et hoc naturale genus recte putant: quod enim natura masculinum itemque femininum non sit, id dicunt neutrum esse natura. Ita igitur tria genera primum natura constituit: hanc secuta ars, partim rationi alicui serviens, generum fere numerum retinuit, naturali tantum discretione sublata. Nam quidquid per naturam sexui non adsignatur, neutrum haberi oporteret, sed id ars, cui voluit generi seu licenter adscripsit, ut hic aer, haec terra, hoc coelum. Consuetudinem quoque vel rationem aliquam interdum secuta est." cf. Silvester de Sacy's Grunds. der Allg. Sprach. übers. v. Vater. p. 115 sqq.

linguis in nomina ipsarum translata est, ita ut, omnibus substantivis in tres classes, quae genera nominantur, distributis (quibus in nonnullis linguis quarta additur, eorum scilicet, quae communis generis sunt), alia masculini, alia feminini, alia neutrius generis esse dicantur [1]). Quodsi in hoc generum distributione naturam habuissemus ducem, ita ut cuique nomini id esset adsignatum, ad quod substantia eo significata pertineret (quo Anglicana, quae naturam fere inter omnes maxime secuta est, lingua ceteris praestat [2]), tunc sane, cuius generis unumquodque esset substantivum, res ipsa declarasset. Natura tantummodo substantiarum nominibus significatarum, fuisset respicienda; et ex notione singulis substantivis subiecta genus ipsorum pependisset. At vero ita se res non habet. Infinitus substantivorum numerus in unaquaque fere earum, quae tria nominum agnoscunt genera, linguarum invenitur, in quorum subiecta sexus diversitas minime cadit, et quae, quamvis ea ipsa de causa in numerum substantivorum tertiae classis essent referenda, partim tamen masculini, partim feminini generis sunt

---

1) Nomina neutra, a Graecis vulgo οὐδέτερα adpellata, Protagoras σκεύη nominavit (cf. Soph. Elench. 14), Aristoteles vero τὰ μεταξύ. — Ἔςι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ Ἑλληνίζειν· τοῦτο δ' ἐςὶν ἐν πέντε. — Τέταρτον, ὡς Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει ἄῤῥενα, καὶ θήλεα, καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς. Aristotel. Rhetor. L. III. c. 5. — Αὐτῶν τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἄῤῥενα, τὰ δὲ θήλεα, τὰ δὲ μεταξύ. Id. de Art. Poet. c. XXI. p. 256. ed. Buhl.

2) „In the English tongue it seems a general rule (except only when infringed by a figure of speech) that no substantive is masculine, but what denotes a *Male animal substance*, none feminine, but what denotes a *Female animal substance;* and that where the substance *has no sex*, the substantive is always *Neuter.*" Hermes, or a Philos. Inquir. concern. Univers. Gram. by I. Harris. B. I. c. 4.

(ad quae genera in permultis linguis, ut in Hebraica, Syriaca, Arabica, Franco-gallica, Italica etc., omnia substantiva referuntur). Varia hoc grammatici explicare conati sunt ratione. Nonnulli generis nominum originem in efficientiae et debilitatis observatione quaerendam putaverunt, ipsisque auctoribus eis substantivis, quae rem vi praeditam significant, masculinum, eis vero, quae subiecta, a natura magis ad patiendum destinata, quam agendo conspicua, designant, femininum genus adtributum est [1]). Huic tamen opinioni calculum minime adiiciendum esse, censet Hermannus, qui, »Est generis nominum, inquit [2]), minime, ut Hassius existimat, in valentiae rerum et debilitatis observatione quaerenda: quod vel eo clarum est, quod haec ipsa valentiae, virium, fortitudinis et similium rerum nomina in plerisque linguis eo genere sunt, quo istarum rerum omissio detractioque, si vera esset illius sententia, significari debuissent. Immo haud dubie primam caussam generis nominum distinguendi hominum sexus praebuere caeterorumque animantium. Quorum cum mares alia nominum forma ac feminae notari coepissent, fieri non po-

1) „We may conceive such substantives to have been considered *Masculine*, which were conspicuous for the attributes of imparting or communicating; or which were by nature active, strong and efficacious, and that indiscriminately whether to good or to ill; or which had claim to eminence, either laudable or otherwise.

The *Feminine* on the contrary were such, as were conspicuous for the attributes either of receiving, of containing, or of producing and bringing forth; or which had more of the passive in their nature, than of the active; or which were peculiarly beautiful and amiable; or which had respect to such excesses, as were rather feminine than masculine.“ Harris l. c. cf. Mertians Allg. Sprachk. p. 161 sqq. Moritz. Gram. Wörterb. T. II. p. 220.

2) de emend. Rat. Gr. Gr. p. 135.

tuit, quin deinde cetera nomina aut iisdem formis insignirentur, aut, si alias formas haberent, hae ipsae formae quum nec marem nec feminam significarent, neutrius generis haberentur. Sed ista nomina, quae masculini sunt et feminini generis, quum sexus non cadat in res istis nominibus notatas, quis tam sit inficetus, ut putet, consilio et quadam subtili cogitatione potius hac quam illa generis forma praedita esse? Immo credibile est, initio omnes nominum formas generis significatione caruisse, quam serius demum, sexuum observata diversitate et in linguas introducta, accessisse probabile est.« — Re vera infitiari non possumus, in eis linguis, in quibus substantiva res inanimatas designantia in nominum masculinorum et femininorum numerum referuntur, illas, quas modo proposuimus, regulas non semper observari, multaque in ipsis reperiri nomina, quibus, si eorum subiecta respicimus, diversum plane, quam quo praedita sunt, tribuendum fuisset genus, cuius rei maximum documentum sunt in lingua Germanica *die Sonne* et *der Mond*, quorum nominum genus subiectis ipsis designatis minime convenire, quis est, qui non sentiat? Minime igitur eorum sententia vituperanda videtur, qui contendunt, causam, quam propter rerum inanimatarum nomina masculini, vel feminini generis habeantur, non in vi et significatione, sed in forma potius atque terminatione ipsorum quaerendam esse. At vero quo minus hanc sententiam prorsus amplectamur, id obstat, quod nulla fere earum, ad quas grammatici diversa nominum genera revocare tentarunt, regularum exstat, quae non quibusdam saltem exceptionibus obnoxia sit [1].

---

1) Recordemur e. g. non exiguum Graecorum in ος exeuntium substantivorum secundae declinationis numerum, quae, in parte sine omni sufficiente ratione, feminini generis sunt. Quanta est porro generis diversitas in substantivis Italicae linguae in e desinentibus! v. Fernow's Italien. Sprachlehre p. 86 sq. At

Omnibus rite perpensis credibile videtur, id quod quoque Hermannus concedit, primam generis nominum distinguendi causam hominum ceterorumque animantium praebuisse sexus, et homines rudes adhuc, inculti atque omnia ad sensus referentes, non quidem consilio et subtili quadam cogitatione, sed sensibus atque phantasia ducti rebus inanimatis pro ea, qua ab unaquaque harum rerum adficiebantur, ratione, vel, quam singulis adhaerere animadvertebant, conditione unum alterumve adtribuisse sexum, et hanc sexus diversitatem in nominibus quoque, quibus illae res exprimebantur, notasse [1]).

---

vero et in lingua Germanica dicitur *der Heber, der Bohrer, die Leiter, die Klammer, das Messer, das Ruder,* quorum vocabulorum generis diversitas omnino ad nullas regulas revocari potest.

1) Praeclara sunt, quae de hac re disputat Herder. qui, „Indem die ganze Natur tönt, inquit, so ist einem sinnlichen Menschen nichts natürlicher, als dass er denkt, *sie lebe, sie spreche, sie handle.* Jener Wilde sah den hohen Baum mit seinem prächtigen Gipfel und bewunderte ihn: der Gipfel rauschte; das, sprach er, ist wehende Gottheit! Er fiel nieder, und betete an. — Bei den Wilden aus Nordamerika ist noch alles belebt: jede Sache hat ihren Genius, ihren Geist; und, dass es bei den Griechen und Morgenländern eben so gewesen, davon zeugt ihr ältestes Wörterbuch, ihre älteste Grammatik. Sie sind, wie es die ganze Natur dem Erfinder war, ein Pantheon, ein Reich belebter, handelnder Wesen.

Indem der Mensch aber alles auf sich bezog, indem alles mit ihm zu sprechen schien, und wirklich für oder gegen ihn handelte, indem er also an ihm oder dagegen Theil nahm, es liebte oder hasste, und sich alles menschlich vorstellte, so drückten sich alle diese Spuren der Menschlichkeit natürlich auch in die ersten Namen. Auch sie sprechen *Liebe* oder *Hass, Fluch* oder *Segen, Theilnehmung* oder *Widrigkeit,* und insonderheit wurden aus diesem Gefühl in so vielen Sprachen die Artikel. Da wurde alles menschlich zu Weib und Mann personificirt, überall Götter, Göttinnen, handelnde, bösartige oder gute Wesen; der brausende Sturm, und

Quod si hoc a vero non plane abhorret, profecto nec eorum opinio improbanda videtur, qui putant, genus neutrum serius, rationis lux quum iam sensibus praeluceret, in linguas introductum atque eis nominibus adsignatum esse, quae res inanimatas significarent [1]). Multis vero substantivis vel ob ipsarum formam terminationemque, vel etiam casu quodam hoc vel illud genus potuisse tribui, neminem credo fore, qui neget.

Homines autem revera rebus inanimatis pro ea, qua ab unaquaque earum adficiebantur, ratione, sive etiam pro ea, quam singulis adhaerere animadvertebant, conditione sexum, eaque de causa nominibus, quibus illae res notabantur, masculinum vel femininum genus adsignasse, eius rei maximum documentum nobis exhibet lingua Anglicana, in qua, ut iam monuimus, haec nomina, sicut etiam ea substantiva, quae notiones abstractas exprimunt, proprie neutrius generis habentur. At vero si oratio sublimior, incitatior atque fervidior fit, ita ut non

---

der süsse Zephyr, die klare Wasserquelle, und der mächtige Ocean, — ihre ganze Mythologie liegt in den Fundgruben, den *Verbis* und *Nominibus* der alten Sprachen, und das älteste Wörterbuch war so ein tönendes Pantheon, ein Versammlungssaal beider Geschlechter, als den Sinnen des ersten Erfinders die Natur war. In diesem Betracht ist die Sprache jener alten Wilden ein Studium in den Irrgängen menschlicher Phantasie und Leidenschaften, wie ihre Mythologie. Jede Familie von Wörtern ist ein verwachsenes Gebüsch rings um eine sinnliche Hauptidee, wie um eine heilige Eiche, auf der noch Spuren sind, welchen Eindruck der Erfinder von ihrer Dryade hatte. Die Gefühle sind ihm zusammengewebt: „„was sich beweget, lebt: was da tönet, spricht — und da es für oder wider dich tönt, so ist's Freund oder Feind, Gott oder Göttinn: es handelt aus Leidenschaften, wie du."" Herder über den Ursprung der Sprache. Berl. 1789. p. 91 sq. Cf. Moritz. Deutsche Sprachlehre in Briefen, p. 101. Mertians Allgem. Sprachkunde, p. 167.

1) Bernhardi's Anfangsgründe der Sprachwissenschaft. p. 130 sq. Perizon. ad Sanct. Minerv. L. I. c. 7, 2.

solum notiones abstractae, sed etiam res inanimatae tamquam personae inducantur, tunc sane et in illa lingua ipsarum nominibus alterutrum tribuitur genus, pronominibusque ad ea relatis notatur. Ac profecto nulla exstat res, nulla notio, quam linguae Anglicanae indoles hac ratione tamquam personam induci non concedat [1]), ita

---

1) Ex innumeris, quae collegi, huius rei exemplis, ad ea, quae proposui, confirmanda nonnulla hic adponere liceat.

The world. fem. — So shall *the world* go on,
To good malignant, to bad men benign:
Under *her* own weight groaning.
Milton's Par. Lost. XII, 537 sqq.

The earth. fem.
And *earth* self balanc'd on *her* centre hung.
Ibid. VII, 242.

The planet. fem.
And hence the morning *planet* gilds *her* horns.
Ibid. VII, 366.

The elm. masc. *The vine.* fem.
— They led *the vine*
To wed *her* elm, *she* spous'd about *him* twines
Her marriageable arms, and with *her* brings
Her dower, th' adopted clusters, to adorn
His barren leaves.
Ibid. V, 215 sqq.

Winter. masc. *Summer.* masc.
— The *winter* keen,
Shook forth *his* waste of snows; and *summer* shot
His pestilential heats.
Thomson.

Gale. masc.
If brush'd from Russian wilds, a cutting *gale*
Rise not, and scatter from *his* humid wings
The clammy mildew.
Id. Spring. 114.

Happiness. masc. — When you depart from me, fortune abides, and *happiness* takes *his* leave.
Shakspeare, Much ado about nothing.

Labour. fem. — — a journey thro' each step of which

ut oratio inde evadat quam maxime vigens atque gravissima: quo sane quanta ad illius linguae praestantiam adferatur accessio, non est quod moneam [1]).

Quemadmodum in omnibus ceteris linguis, ita quo-

---

music beats time to *labour*, and all *her* children are rejoicing as they carry in their clusters.

Yorick's Sentim. Journey.

Time. masc. — Our intimacy with *time* ever lessons the perception of *his* stay.

Goldsmith's Vic. of Wakef.

France. fem. — Holstein once occupied, the Island of Zealand was at the mercy of *France*, and the Navy of Denmark at *her* disposal.

Declaration of the Englisch Governm.

Nonnullis notionibus pro diverso, quo considerantur, modo diversum quoque genus adsignatur.

Heaven. masc. et fem.

Now *heav'n* in all *her* glory shone, and roll'd
Her motions —

Milton's Parad. Lost. VII, 499.

— *Heaven* wakes with all *his* eyes,
Whom to behold but thee, nature's desire?

Ibid. V, 45.

Ocean. masc. et fem.

The *Ocean*, overpeering of *his* list,
Eats not the flats with more impetuous haste,
Than young Laertes, in a riotous head,
O'erbears your officers!

Shakspeare, Hamlet IV, 5.

At last the *Ocean* opened *her* capacious arms to receive Jones.

Fielding, Tom Jones.

1) „Terminative tongues can neither separate sex from the most inanimate object on the most lifeless occasion, nor bestow it upon the most naturally or necessarily enlivened, whereas the English language does both: enjoying literally all the three genders, and reducing them figuratively to two: so expressing sexless things precisely neuter as they are, or giving them, when she will, as visible animations." Elphinston's Principles of the Engl. Lang. Lond. 1765. p. 289.

que in lingua Anglicana hominum et eorum animalium sexus, quae hominibus familiaria sunt, quaeque ipsis vel utilitate, quam inde capiunt, vel damno, quod eis inferre possunt, magis innotuerunt, aut quorum mares a feminis magnitudine, forma, colore aliisque qualitatibus valde differunt, propriis et peculiaribus quibusdam nominibus aut diversis eiusdem nominis formis distinguitur; quae vero animalia a vita communi remotiora sunt, aut quorum sexus non tam manifestis dignoscitur signis, eorum non solum mares et feminae iisdem nominibus notantur, sed sexus omnino nulla habetur ratio, ita ut nominum eorum vicem ea pronomina obeant, quae non nisi ad res inanimatas sexuque destitutas referuntur. Quod si ipsa vero vita aut potius ratione praedita disertissimis exhibentur verbis, aut si eis agendi vis adsignatur, oratioque inde vividior fit et ad dictionem poeticam adsurgit, tunc sane eis tribuitur sexus, atque pronominibus ad ea nomina, quibus significantur, relatis notatur. At enim ne tunc quidem, nisi reliqua id omnino iniungit oratio, inquiritur, qui sexus revera in quodque animal cadat, sed indoles potius atque natura ipsorum respicitur, ita ut ea, quae vigore, robore ac viribus excellunt, pronominibus masculini generis, reliqua vero iis designentur, quae feminini generis sunt [1]). Auc-

---

1) „Many animals and other agents, whose sex may well be imagined, though not known, are in terminative tongues so tied down by their endings, that their gender must often there be quite different from what it is in languages that, like ours, know gender only from idea.

Fixt therefore on the sense, and untied to the sound, the English language distinguishes gender only by sex literal or figurative; literally upon ordinary, and figurative on higher occasions. Nor pointing sex by noun, she must ascertain it by pronoun or pronominal; nor this finds she needful but in the singular number.

Animals, of which, as less familiar to men, the sex is less

tores in sexu hac ratione animalibus adsignando interdum sibi non constitisse, non est, quod admirationem nostram moveat [1]).

---

distinguished, are said to be of the common gender; which being indeed no gender at all, they may be occasionally regarded of either, whether of the powerful or of the productive, but especially of that, in which they are better known. Elphinston l. c.

1) Quae iam sequuntur exempla, ad ea, quae adseruimus, comprobanda, sufficient.

Swan. masc. et fem.

Thus on Meander's flow'ry margin lies
Th' expiring *swan*, and as *he* sings, *he* dies.

Pope's R. L. V, 65.

— the *swan* with arched neck
Between *her* white wings mantling proudly, rows
Her state with oary feet.

Milton's Par. L. VII, 438 sqq.

Nightingale. masc. et fem.

— the *night-warbling bird*, that now awake
Tunes sweetest *his* love-labor'd song.

Ib. V, 40.

— as the *wakeful bird*
Sings darkling, and in shadiest covert hid
Tunes *her* nocturnal note.

Ibid. III, 38.

The fox. masc.

Canst thou the stag's laborious chace direct,
Or the strong *fox* through all *his* arts detect?

Gay's R. S. 391.

The worm. masc.

As thus he spoke, from out the mold
An *earth-worm*, huge of size, unroll'd
His monstrous length.

Gay's Fabl. II. XVI, 125.

The adder. fem.

— like the deaf *adder*, that stoppeth *her* ears.

Psalm LVIII, 4.

Sexus generisque notationem in plurali numero nonnumquam intercidere, id sane e lingua Germanica, Franco-gallica et Anglicana cognoscitur. In lingua enim Germanica non nisi una sola singulorum pronominum exstat pluralis numeri forma, quae igitur ad cuiusque generis substantiva referri vel cum eis coniungi debet. In lingua Anglicana idem valet in pronomen personale tertiae personae. Lingua Franco-gallica vero et Germanica articulum definientem non nisi una sola pluraliter efferunt forma, quae omnibus substantivis, cuiuscunque generis sint, praeponitur [1]).

Non semper de una substantia loquimur, neque de uno solo subiecto aliquid enuntiamus, sed saepe plura ad unum idemque genus eandemve speciem pertinentia individua nostrae contemplationi subiicimus. Necesse igitur est, quod maxime rudes atque inculti iam intellexerunt populi, ut eorum, de quibus sermo est, ad unum genus unamve speciem pertinentium individuorum numerus significetur. Id vero diversa fieri potest ratione: et diversarum nationum linguas perscrutantes, id re vera diversissimis modis factum esse, inveniemus. In lingua eorum, qui Sinae Japaniaeque regna inhabitant, numerus pluralis peculiari vocabulo, nomini sine ulla formae ipsius mutatione addito, significatur; in ea vero, quam Malaei loquuntur, nisi iam ex numeralibus nomini adiectis perspicitur, substantivi ipsius notatur repetitio-

---

The tyger, masc.

— nor has the steer,
At whose streng chest the deadly *tyger* hangs,
E'er plow'd for *him*.

Thomson's Spring. 361.

The goat. masc.

Maria's *goat* had been as faithless as her lover: and she had got a little dog in lieu of *him*.

Yorick's Sent. Journ.

1) Cf. Moritz deutsche Sprachlehre in Briefen. p. 157.

ne [1]), ita ut isti v. c. *equus equus* dicant, si de pluribus equis loquantur.

Quamquam vero, ut ex eis, quae supra exposuimus, adparet, nihil obstat, quo minus numerus peculiari verbo nomini addito exprimatur, tamen in omnibus cultioribus linguis numeri singularis pluralisque diversitas saltem, quantum fieri potuit [2]), mutata nominis terminatione expressa est. Haudquaquam vero omnes linguae, in quibus haec ratio numerum significandi obtinuit, in ea exsequenda plane inter se conveniunt. In nonnullis pluralis numerus duabus exprimitur formis, quarum altera maiorem, altera minorem indicat numerum [3]). In aliis linguis praeter eam, quae singularem numerum notat, substantivorum formam duae aliae exstant, quarum altera dualem [4]), altera pluralem numerum designat. At

---

1) v. Silvestre de Sacy Grundsätze der Allg. Sprachlehre, übersetzt von Vater. p. 109.

2) Exstant enim in Germanica lingua aeque ac in Latina nonnulla substantiva, quorum pluralis in nominativo eandem cum nominativo singularis habet terminationem, ut *Messer, Hobel, Führer, nubes* etc. at vero tunc vel articulo, vel adiectivo, vel etiam verbo nomini addito declaratur, num de uno solo subiecto, an de pluribus sermo sit.

3) v. Silvester de Sacy Grunds. der Allg. Sprachl. übers. von Vater. p. 109.

4) Quum tot res in rerum natura occurrant, quarum duae semper inter se coniunctae sunt, non est, quod miremur, nonnullas nationes ad dualem numerum exprimendum, peculiarem in suas linguas introduxisse substantivorum formam. „Dass auf diese bestimmte Vielheit (nämlich zwei), inquit Bernhardi in libro *Anfangsgründe der Sprachwissenschaft* inscripto, p. 128, ein so hoher Werth gesetzt worden ist, dass von manchen Sprachen für sie eine eigene Darstellungsart gebildet wurde, ist natürlich. Die Verbindung zwischen Mann und Weib, Redenden und Angeredeten, liessen eine solche umfassende Form entstehen, aber sie ist keinesweges nothwendig." Valebat numerus dualis praecipue apud Graecos. (Cf. vero Fischer. Animadv.

vero longe maxima pars linguarum cultiorum, quia ex una sola finitum plurium subiectorum numerum significante forma non multum utilitatis capiebatur, nec fieri poterat, ut unusquisque finitus numerus peculiari nominis forma exprimeretur, non nisi singularem et pluralem agnoscunt numeros.

Pluralis numeri, quae in linguis cultioribus exstat, forma, quamvis per se indefinitam designet multitudinem, tamen ad numerum finitum indicandum etiam adhiberi potest, et quidem varia ratione. Non enim hoc nominibus numerum significantibus tantummodo fit ei adiectis, quod quum inter omnes constet, hic moneri plane supervacaneum foret; sed permagnus etiam in eis linguis, quae articulum finitum s. definientem habent, ipsius in hac re usus est, qui, notae pluralis numeri additus, eius significationem vel ad eum, quem reliqua oratio definit, numerum restringit, vel ad totum individuorum, nomine substantivo designatorum, genus totamve speciem extendit [1]). In nonnullis tamen linguis pluralis numerus per se positus, nec addito articulo defi-

ad Well. Spec. I. p. 349 sqq. Diomedes de Orat. et Part. Orat. ap. Putsch. pag. 324.) Exstat numerus dualis quoque in lingua Syra, Chaldaea atque Hebraica, qui tamen ab eo, quem Graeca lingua agnoscit, plane diversus est. Graeci nimirum numero duali utuntur quoque tunc, si de duabus loquuntur rebus, quae non natura inter se coniunctae sunt atque copulatae: in Hebraica vero lingua ea tantummodo substantiva dualem numerum habent, quae res significant natura aut arte binas, quo praesertim nomina membrorum corporis humani reliquorumque animantium pertinent, e. g. יָדַיִם, manus ambae, רַגְלַיִם, pedes ambo, שְׂפָתַיִם, labra. Hic dualis adhibetur etiam tum, si de decem, centum pluribusve manibus, pedibus etc. sermo est: nonnulla enim tantummodo eorum, quae huc pertinent, substantivorum dualis et pluralis numeri formam simul exhibent.

1) Sic nos dicimus: *die Pferde*, welche wir gestern gesehen haben, hat ihr Freund gekauft. *Die Gäste* (die wir erwarteten), sind da. *Die Löwen* wagen sich nicht leicht an den Tyger.

niente, totum individuorum substantivo significatorum genus complectitur [1]).

Iam vero investigandum est, quae nomina pluraliter proferri possint; quaedam enim tantummodo singularia esse, cuique, qui grammaticam primis, ut aiunt, labris gustavit, notum est. Quod si ea, quae supra de substantivorum, aut potius notionum ipsis subiectarum, diversitate exposita sunt, in memoriam revocamus et accurate perpendimus, inveniemus, nomina tantummodo adpellativa proprie pluraliter declinari posse; quamquam ne de his quidem omnibus forma pluralis numeri exstat [2]), quum e contrario eorum nonnulla semper plu-

---

1) Sic in lingua Anglicana dicitur, *birds fly*, ubi nobis dicendum est, *die Vögel fliegen.* Dici quidem et in lingua vernacula potest, *Vögel fliegen*, quemadmodum, *Arbeiter sind ihres Lohnes werth:* illud tamen est usitatius.

2) In lingua Germanica e. g. forma pluralis numeri vocabuli *Mund* non usurpatur. „Die Sprachen sind oft sehr eigensinnig, und die Deutsche Sprache ist eine der eigensinnigsten. Man hat das Wort *die Münde* so nöthig, und es ist in ältern sowohl als neuern Zeiten wer weiss wie oft versucht worden; allein, wie Adelung sehr richtig sagt, es beleidigt doch allemal das Gehör, und hinterlässt die unangenehme Empfindung des Ungewöhnlichen. — Man umgeht den Gebrauch des Plurals *Münde*, indem man entweder Beiwörter dazu setzt, die den Singular vertragen, und z. B. statt

So *viele Münde* blieben ungeküsst

sagt:

So *mancher Mund* blieb ungeküsst;

oder geradehin den Singular setzt. Statt ich komme *in die Münde* aller Menschen, sagt man: ich komme *in den Mund* aller Menschen. Am wenigsten ist zu helfen, wenn gezählt wird; aber gerade da verträgt die Sprache den Plural noch am meisten: *zwei Münde, drei Münde.*" Wochenblatt über die Richtigkeit des deutschen Ausdrucks. Züllichau 1802. III. Vierteljahr. p. 417. — Interdum quoque diversarum singulari numero subiectarum notionum una alterave tantummodo numero plurali exprimitur, e. g. *Brust*, pectus, mamma; *Brüste*, mammae.

ralia sint [1]). Nomina adpellativa autem sola pluraliter proferri posse, inde adparet, quod ipsa proprie non singulis individuis, sed potius qualitatibus omnium ad unum genus unamve speciem pertinentium individuorum communibus, in unam notionem collectis, inserviunt designandis, ita ut non solum maior, sed etiam universus horum individuorum numerus eis comprehendi possit. — Nomina propria e contrario unum solum, quod ab omnibus reliquis propriis suis qualitatibus distinguitur, significant individuum. Duas tamen ob causas adpellativorum nominum naturam induere atque in numerum eorum transire possunt, et quidem primo, si pluribus individuis idem nomen inditum est, ita ut haec tamquam una specie comprehensa considerari possint [2]); deinde vero etiam, si non individua ipsa, sed qualitates,

---

1) v. c. in lingua Germanica, *Eltern*, *Beinkleider*; in lingua Hebraica, בָּשִׂים; apud Graecos, (ὄσσε) ὄσσων, τὰ πυρά; in lingua Latina, *liberi*, *manes*, *Quirites*; apud Anglos, *stilts*, *chops*, *bellows*, *lungs*, *breeches*, *tongs*; in lingua Franco-gallica, *pincettes*, *tenailles*, *pleurs*, *armoiries*, *encêtres*; apud Italos, *mustacchi*, *calzoni*, *fauci*, *peri*, *posteri*.

2) „Sunt quaedam nomina semper singularia, vel natura, vel usu. Natura, ut propria, quae naturaliter individua sunt, ut Jupiter, Venus, Ceres, Hector, Italia, etc. In his tamen ipsis est, quando eventus, vel partitio regionum, vel diversae opiniones, vel auctoritas veterum cogit, vel quando pro adpellativis quoque proferuntur, ut etiam plurali numero proferantur. Eventus, quod evenit saepe eodem proprio nomine duos vel plures nuncupari, ut Aeneas Anchisae filius, et Sylvius Aeneas, — Aiax Telamonius, et Aiax Oilei filius. Haec enim non naturaliter communia sunt, quippe nullam qualitatem communem significant, sed casu diversis contigere personis." Priscian. ap. Putsch. p. 662. Cf. Serv. Honor. ap. Putsch. p. 1781. et Donat. p. 1748. vid. quoque Perizon. ad Sanct. Minerv. I. 7, 12. ed. Bauer. p. 70. — Nonnulla nomina propria voce quidem pluralia esse, intellectu vero singularia, ut Athenae, Mycenae, Gargara, observavit quoque Priscian. l. c. p. 663.

quibus ea excelluerunt, nominibus propriis significantur [1]).

Nomina collectiva iam per se multitudinis significationem sibi subiectam habent; nomina vero materialia copiam rerum sive massas designant, quarum partes non tamquam individua a se invicem distingui possunt: utraque nomina igitur proprie non pluraliter efferri posse, perspicuum est atque manifestum. At vero rerum his substantivis designatarum nonnullae ita comparatae sunt, ut earum species quaedam cogitari possint: ad hanc igitur specierum diversitatem exprimendam nomina illas res significantia pluraliter quoque declinantur [2]). Eadem haec in substantiva quoque valere abstracta, quae qualitates tamquam per se exstantes notant; atque idcirco

---

1) Sic Sullam, de Julio Caesare locutum, legimus proclamasse: „Vincerent, ac sibi haberent; dummodo scirent, eum — quandoque optimatum partibus — exitio futurum; nam Caesari *multos Marios* inesse.“ Suet. Iul. Caes. c. 1.

2) „Von der unmittelbaren Zahlbestimmung sind diejenigen Klassenbegriffe ausgenommen, bei welchen zwar auch ein geschlossener Inbegriff von Merkmalen, aber nie ein Maximum oder Minimum des Raums, den sie einnehmen, vorgestellt wird, z. B. Wasser, Oehl, Getraide, Metall und die Arten desselben, Gold.“

„Bei dieser Art von Gegenständen (sie sind *Continua* ohne bestimmte Gränzen) findet eine Bestimmung ihrer räumlichen Quantität nur dann statt, wenn man irgend eine Art von bestimmten oder unbestimmten Maasse hinzudenkt. Die unbestimmteste Angabe der Quantität wäre der Begriff: *Etwas*, z. B. *Wasser*, *Oehl*, welches dem Begriff; *Einige*, bei zählbaren Gegenständen entspricht.“

„Sobald man aber von der räumlichen Quantität bei sinnlichen Gegenständen dieser Art ganz abstrahirt; so ist *Oehl*, *Wasser* so viel als *eine Art Oehl*, *Wasser*, und wird dann wie jeder andre Gegenstand der Art gezählt, z. B. *Oehle* (Körper, welche diese chemischen Bestandtheile haben), *Biere* (Arten des Biers), *mineralische Wasser* u. dgl.“ Vaters Versuch einer Allgem. Sprachlehre. 1801. p. 178 sq.

tantummodo singularia esse possunt, nisi notionum ipsis subiectarum species quaedam constituantur, sua sponte patet [1]). Saepe tamen rerum his substantivis notatarum species diversae circumlocutione adhibita exprimi atque designari solent [2]).

Has, quas iam eruimus exposuimusque, grammatices philosophicae nominum pluraliter proferendorum leges in omnibus linguis semper servatas esse atque etiamnum servari, ne opinemur. Nulla profecto exstat, quae non quaedam certe exhibeat substantiva, quorum pluralem numerum contra regulas a nobis propositas, signifi-

---

1) „Singulariter duntaxat declinantur metalla, ut aurum, argentum etc. Item arida et liquida, quae ad mensuram pondusque referuntur, ut triticum, frumentum etc. Praeter haec alia sunt, quae plurali numero deficiunt, v. c. fumus, fimus, limus, pulvis, sanguis, fames, lux, labes, pax, tabes, sitis etc.“ Phoc. Ars de Nom. et Verb. ap. Putsch. p. 1707. cf. Priscian. p. 662. Sic quoque in lingua Ebraica tantummodo singularia sunt, זָהָב, aurum, כֶּסֶף, argentum, יַיִן, vinum, יִצְהָר, oleum, לֶחֶם, panis, שִׂנְאָה, odium, קַיִץ, aestas. Etiam in Germanica lingua ea substantiva numquam pluraliter flectuntur, quae vel qualitatem aliquam tamquam per se exstantem exprimunt, ut *Güte, Stärke, Kälte, Hitze*, vel conditionem aliquam designant, ut *Jugend, Tod, Leben*. Idem cadit in nonnulla nomina collectiva et materialia, ut *Pöbel, Milch, Holz*. Eadem ratione in lingua Franco-gallica, *l'or, l'argent;* in lingua Anglicana, *gold, silver, modesty;* in Italica, *l'oro, il piombo* etc. numquam pluralia sunt, aut si nonnulla eorum, quae huc referenda sunt, substantivorum pluraliter proferuntur, diversam plerumque, ut statim videbimus, habent significationem. Cf. quoque Bernhardi's Vollständige Gr. Gr. 1797. p. 86 sq. — Exstant e contrario nonnulla huc pertinentia substantiva, quae tantum pluraliter proferuntur, ut עֲלוּמִים, aetas iuvenilis; — pugillares, exequiae, insidiae, sordes; — riches, entrails, measles, oats; — essequie, maccheroni; — legumes, gens, delices, ténèbres.

2) Cf. Silv. de Sacy Grunds. der Allg. Sprachl. übers. v. Vater. p. 107.

catione tamen interdum mutata, usus introduxerit [1]. Quantopere vero hac re diversae linguae inter se differant, id praecipue ex linguae Germanicae cum Anglicana atque Italica intelligi perspicique potest comparatione. In his enim, praesertim vero in Italica lingua [2],

---

1) „Tod und Leben können eigentlich im Plural nicht gebraucht werden; dennoch heisst es, *vitas parallelas composuit Plutarchus; vitas virorum illustrium enarravit Cornelius; de mortibus persecutorum inscripsit libellum Lactantius.* — Auch der Grieche gebraucht θάνατος im Plural. So sagt Paulus von sich 2 *Cor. XI*, 23, dass er öfters gewesen sei ἐν θανάτοις. Nicht minder wird auch bei den Hebräern das Wort מָוֶת von dem Messias *Esa. LIII*, 9. im Plural gebraucht: בְּמֹתָיו, *nach seinem vielfach schmerzhaften Tode.* Wer siehet hier nicht, dass der Plural dieser Wörter überall müsse erklärt werden durch *varia genera mortis.* So sagt man auch gut Latein: *non unam mortem pertulit Christus.*" Meiners Versuch einer an der menschl. Sprache abgebildeten Vernunftlehre. p. 113 sq. — Eadem ratione, significatione singularis numeri mutata, in lingua Anglicana τῷ *irons* catenae, et in Italica τῷ *ferri* instrumenta ferrea designantur.

2) „Im Deutschen haben gewöhnlich die Namen von Dingen, welche als blosse Materie oder rohe Waare betrachtet werden, keinen Plural, als *Sand, Staub, Mehl, Fleisch* etc. — desgleichen der grösste Theil physischer und moralischer Zustände und Beschaffenheiten, der Seelenvermögen, Leidenschaften und Gemüthsbewegungen, als *Hunger, Durst, Armuth, Schlaf* etc. — Denn im Deutschen wird jedes dieser Dinge auch in seinen individuellen Erscheinungen als ein und dasselbe Ding betrachtet, und der Artikel nebst den übrigen zufälligen Bestimmungen von Person, Ort, Zeit u. s. w. individualisiren diese Dinge in ihren einzelnen Aeusserungen hinreichend. Die weit sinnlichere Italienische Sprache hingegen betrachtet alle diese Gegenstände in concreto, und kann sie fast alle in der mehreren Zahl ausdrücken; z. B. *le arene, le polveri, le farine, le carni, i buttiri, i latti, i seghi, i lardi, i rami, i piombi, le fami, i gusti, le avarizie, le invidie, le umiltà* etc." Fernow's Italien. Sprachlehre, p. 101 sq.

permulta substantiva pluraliter quoque efferuntur, quae in lingua Germanica non nisi singularia sunt; eaque de causa non est, quod miremur, in illis linguis formam pluralis numeri saepe adhiberi, ubi in vernacula nec usus, nec ipsius linguae indoles, ut nomina pluraliter efferantur permittit. Cuius quidem rei exempla quaedam, ex lingua Anglicana petita, in Grammatica mea nondum prolata, hic adponere liceat.

Quod si in lingua Anglicana subiectum enuntiationis pluraliter dicitur, omnium quoque reliquorum, quae ad illud referuntur, substantivorum, ad quamcunque nominum speciem pertineant, fere semper pluralis consequitur numerus, id quod longe aliter in lingua Germanica se habet, in qua haec substantiva, etiamsi pluralis eorum numerus usitatus est, post subiectum pluralis numeri maxima ex parte singulariter efferuntur [1]). Sic germanice dicitur: *sie befahl ihren Töchtern den Kopf aufzuhalten: sie steckten die Hand in die Tasche* etc. In lingua Anglicana e contrario haec et similia ita efferuntur: She would bid the girls hold up their *heads* (*Goldsmith*) [2]): Impulsively at the same time they both put their *hands* into their *pockets* (*Yorick's Sent. Journ.*);

1) Scriptores Romani utramvis interdum sequuntur rationem, v. g. „Quod si expectando, et desiderando, pendemus *animis*, cruciamur, angimur. *Cic. Quaest. Tusc. I*, 40. — Stare omnem multitudinem ad portam, viam hic ferentem prospectantes, certum habeo, quid illis nos, patres conscripti, sollicitis et pendentibus *animi* renuntiare iubeatis. *Liv. VII*, 30. — Et, quum octo ex collegio tribunorum plebis primo intercessores legum fuissent, quinque soli erant: et (ut ferme solent, qui a suis desciscunt) capti et stupentes *animi* vocibus alienis id modo, quod domi praeceptum erat, intercessioni suae praetendebant. *Liv. VI*, 36. — Quod diu *parturit animus vester*, aliquando pariat. *Liv. XXI*, 18. — Praeceperant *animis* orationem patres. *Tac. Ann. III*, 57.

2) Sic quoque Romani: „Multi ex plebe potius quam ut cruciarentur trahendo animam, *capitibus obvolutis* se in Tiberim

Of all the passages which delighted the inhabitants of Abdera, nothing worked more upon their *imaginations*, than the tender strokes of nature, which the poet had worked up in the pathetic speech of Perseus (*Ibid.*). They both concurred in their *censures* on her conduct (*Field. Tom. Jon.*). It has been observed, that all persons are doomed to be in love once in their *lives* (*Ibid.*). — Eadem ratione quoque dicitur: The gross *understandings* of the Hellenes could not easily comprehend the utility of such an ingenious invention (*Gillies's Histor. of Greece*). — Quam quidem pluralis numeri usurpandi rationem licet scriptores Anglici non semper secuti sint, id tamen nos minime in eam opinionem adducere debet, ut putemus, illam semper omitti posse. Exsistit sane nonnumquam plane diversus sensus, prout vel singularis, vel pluralis adhibetur numerus, cuius rei nunc quidem unum solum exemplum adponam. His verbis, *he is the author of two works of a very different character*, et, *he is the author of two works of very different characters*, idem sensus quidem inesse videtur; eum vero omnino diversum esse, accuratior investigatio nos edocet. Hoc enim significat, inter eos, de quibus sermo est, libros ipsos differentiam intercedere; illud autem tantummodo tunc dici potest, si iam alius mentio facta est operis, a quo hi libri differunt.

Quod si de duabus sive pluribus, ad eandem speciem pertinentibus, et epithetorum adiectione distinguendis rebus loquimur, linguae Germanicae indoles omnino eius, quo res illa significatur, substantivi numerum singularem adhibendi necessitatem adfert. Prorsus diversa est ratio linguae Anglicanae: in ea enim semper, nisi sensus aperte contrarium postulat, substantivum illud pluraliter effertur. Dicunt enim Angli: the most nume-

---

praecitavere." *Liv. IV*, 12. Germanice diceretur, *mit verhülltem Haupte.*

rous colonies occupied the isles of the *Ionian* and *Aegean seas* (*Gillies's Hist. of Greece*); Tisamenes and Cleanthus had taken the field with the flower of the *Argive* and *Messenian races* (*Ibid.*); Adiectives of the *comparative* and *superlative degrees* are formed also from prepositions and adverbs (*Story*); Both *the first* and *the second battles* happened near the same place (*Gillie's*). [1]) — Eandem constructiónis rationem sequuntur nonnumquam etiam Romani: cuius rei exempla, quamvis ubivis sint obvia, aliquot tamen hic adponantur. »Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto a quintanis initio, et tractis *prima* quoque et *vicesima legionibus* (*Tac. Ann. I, 31.*). *Primam* et *vicesimam legiones* Caecina reduxit (*Ibid. 37.*). *Ravennati* simul et *Misenensi classibus* a Vitellio praepositus etc. (*Tac. Histor. II,* 100.). Vastavere *agros Praenestinum Gabinumque* (*Liv. III,* 8.).

1) Adposui haec quoque ea de causa, ut ex magna regularum linguam Anglicanam spectantium, quibus me intentius huius linguae studium instruxit, copia quaedam saltem in publicum proferrem.

V.

DE PARTIUM ORATIONIS INDOLE ATQUE NATURA.

COMMENTATIO III.

MDCCCXIV.

Quum homines res, quae animum sensibus auxiliantibus adfecerant, verbis enuntiare didicissent, verba ista, quibus animi perceptiones notabantur, ita formaverant, ut mutatione exigua addita et singularem et pluralem earum, de quibus loquebantur, rerum numerum, simulque sexus, si hic in eas caderet, diversitatem designare possent: at vero linguae forma et usus ne ita quidem auctus satis idoneus fuit, quo sensus animi rebus externis earumque, dum in se invicem vim suam exserunt, mutationibus excitatos, et, quas inde animo informaverant, cogitationes recte enuntiarent atque cum aliis communicarent.

Omnia, quae in hoc exstant universo, continuo agitantur motu, nec umquam in se invicem agere desistunt; neque fieri potest, quin ulla sit res, quae non ab aliis rebus adficiatur, aliasque et ipsa adficiat. Iam vero lingua, quae ad sensus animi declarandos exprimendosque apta sit atque accommodata, etiam hanc universae naturae conditionem depingendi facultatem habeat, prorsus necesse est. Vires ipsae, quae in rerum natura exseruntur, et quidem ita, ut vel in rem aliquam extra eam substantiam, cui inhaerent, exstantem agant, vel hac

terminentur, neque ultra eius fines progrediantur, vel in eam ipsam vim suam quasi transferant, ut iam in harum commentationum prima monuimus et in sequentibus accuratius demonstrabimus, verbis, a Grammaticis proprie sic dictis, designantur. Cuivis verbo igitur subiectum, quod nominant, sive nomen eius substantiae praeponi debet, quae agit suasque exserit vires; et si his viribus res aliqua adficitur, eius quoque nomen addatur necesse est. Duplicem vero inter eas substantias, quae vires exserunt, illasque, quae his viribus adficiuntur, et ad quas ipsae referuntur, animadvertere licet relationem intercedentem: illae nimirum substantiae vel in has ipsas agunt, vel eas indirecta tantum adficiunt ratione, in earum modo gratiam efficaciam suam exhibentes, vel vires suas ita exserentes, ut quoddam inde emolumentum damnumve in istas redundet; hanc vero duplicem relationem in una eademque sententia simul exstare posse, ideoque etiam exprimi debere, non est quod moneam.

Nos adtentius rerum naturam investigantes latere non potest, permultas in iis occurrere qualitates ita comparatas, ut semper ad aliam praeter eam, cui inhaerent, substantiam referendae sint; quo quidem fit, ut eorum, quae illas significant, adiectivorum sensus non nisi addito huius substantiae nomine plane adpareat. Inter illa adiectiva igitur et haec, quae eis adiunguntur, substantiva, vel potius inter notiones his dictionibus expressas relatio quaedam intercedat necesse est.

At vero etiam res sive substantiae ipsae, quarum nomina a Grammaticis substantiva adpellata sunt, diversissimis inter se iunctae esse possunt relationibus, quum vel una ab altera processerit indeque originem traxerit, vel partem eius cum ipsa adhuc coniunctam constituat, vel in eius possessione sit, vel tempore et loco ad eam referatur: sunt quoque substantiae, quae quidem ab alia quadam processerint, haudquaquam vero ita, ut inde

enatae, sed tamquam partes integrae ab ea separatae atque seiunctae sint [1]).

Nec illa, quae inter eum, qui cogitat, et illas, de quibus cogitat cogitataque enuntiat, substantias intercedit, relatio omittenda est. Huc vero referendum est, quum quis aliquem vocat; hortatur, vel animi eius, ipsum alloquendo, excitare conatur adtentionem; quod quidem et ad res inanimas deinde translatum esse, cuiusvis linguae usu edocemur [2]).

Omnes has, quas exposuimus, relationes, quamvis diversissimi generis sint, quaevis prorsus lingua, ut finem ipsi propositum adtingat, exprimere debet significareque; nec profecto ulla exstat aliquantulum exculta, in qua illae non aliqua saltem ratione notentur. Sunt enim diversi eas indicandi modi. Interdum ipse locus, quem substantivum in verborum structura occupat, relationi inter notionem ei subiectam reliquamque senten-

---

1) Nonnullae earum, quas supra adposuimus, relationum ita quidem comparatae sunt, ut vix dignae videantur, quae a se invicem separentur: at vero mirum in modum sermo humanus interdum eiusmodi distinguit relationes, cuius rei exemplum invenimus in libro *Grammatisches Wörterbuch von Moritz* inscripto notatum, ubi in v. Genitivus (Voll. II. p. 212) haec leguntur: „Wenn auch der Genitiv weder Dunkelheit noch Missklang verursacht, so wird dennoch öfters die Präposition *von* gebraucht, um dadurch die Fälle zu unterscheiden, wenn der Theil am Ganzen noch befindlich, oder davon schon abgesondert ist. Daher sagt man *die Mauern der Stadt*, wenn die Stadt noch stehet; ist sie aber so zerstört und eingeäschert, dass die Mauern nur noch stehen, so sagt man, *die Mauern von der Stadt*."

2) „Deinde quaevis notitia referri potest ad mentem sensumque eius, qui de ea cogitat loquiturve: quam subiectivam relationem philosophi vocant. Ea vero exprimitur casu vocativo, quo nihil significatur, praeter sensum quendam loquentis notione aliqua cogitanda commodum." *Hermann de emend. Rat. Graec. Gram.* p. 139.

tiam intercedenti declarandae inservit; in permultis linguis eius rei causa ultima substantivorum flectitur syllaba: in quibus vero linguis haec substantiva flectendi ratio non obtinet, in eas particulae quaedam, praepositionum nomine insignitae, ut illius vice fungantur, inductae sunt [1]). Nobis quidem de mutationibus illis, quae in substantiva, vel potius in ultimam eorum syllabam cadunt, accuratius explicare propositum est: nominantur

1) „Da die Substanzen unter sich in Verhältnisse treten können, diese aber in Abhängigkeit und Unabhängigkeit bestehen, so kommt es darauf an, diese Verhältnisse einzeln zu untersuchen. Soll Abhängigkeit einer Substanz von der andern dargestellt werden, so kann dieses nicht anders geschehen, als durch Hinzufügung eines die Abhängigkeit bezeichnenden Wortes. Dieses Wort müsste aber die Abhängigkeit an sich bezeichnen, sie einzig und nichts anders, oder wenn es mehrere Wörter geben sollte, so müssten diese zusammen die Arten der Abhängigkeit befassen. Solche Classe von Wörtern giebt es allerdings; sie erhalten den Namen der Präpositionen; und diese stellen in ihrem Inbegriff die Arten der Abhängigkeit auf. Da eine jede Art der Abhängigkeit eine bestimmte ist, so lässt es sich denken, dass eine Nation mit dieser Art der Darstellung sich begnügen könne, wie es ja viele Sprachen giebt, die gar keine Casus haben: und in diesen vertreten gewisse Präpositionen mit sehr vagem Inhalte die Stelle derselben. Weit zweckmässiger aber und schärfer wird die Abhängigkeit durch Casus, das heisst, durch gewisse an das Substantiv selbst geknüpfte Silben ausgedrückt, die man freilich als verkürzte oder verdunkelte Präpositionen ansehen kann." *Bernhardi's Anfangsgründe der Sprachwissenschaft. Berl.* 1805. §. 38. — „Der Gebrauch der Casus ist nicht durchaus nothwendig. Man kann derselben ganz und gar entbehren, wie man diess aus der französischen und einer Menge anderer Sprachen ersieht. Dann braucht man, um die Beziehungen anzuzeigen oder zu bestimmen, entweder die Präpositionen oder andere Beziehungsmittel, z. B. die Stellung der Wörter im Satze." *Silvestre de Sacy's Grundsätze der allgemeinen Sprachlehre, übersetzt v. Vater. Halle* 1804. p. 127. Cf. *Monboddo on the Origin. and Progr. of Lang.* P. II. B. 1. Ch. 8.

illae vero a Grammaticis *casus* [1]); easque ordine aliquo atque lege enumerare, ab iisdem *declinare* adpellatum est [2]).

De nominibus his sane inter omnes Grammaticos convenit; at vero qua de causa diversis illis, quibus substantivorum vel potius notionum eis comprehensarum relationes significantur, terminationibus casuum nomen inditum sit, de eo dubitatur. Silvestre de Sacy inde

---

1) „Si l'on considéroit toujours les choses séparément les unes des autres, on n'auroit donné aux noms que les deux changemens que nous venons de marquer; savoir, du nombre pour toutes sortes de noms, et du genre pour les adjectifs: mais, parce qu'on les regarde souvent avec les divers rapports qu'elles ont les unes aux autres, une des inventions dont on s'est servi en quelques langues pour marquer ces rapports, a *été* de donner encore aux noms diverses terminaisons, qu'ils ont appelées des cas, du latin *cadere*, tomber, comme étant les diverses chutes d'un même mot." *Grammaire générale et raisonnée de Port-Royal.* Ch. 17. p. 284. „Casus est immutatio vel inflexio nominis extremi (in extremo, in exitu, extremae syllabae) pro vario habitu, positu et nexu cum aliis verbis. Grammatice tamen hoc magis, quam logice." *Bauer. ad Sanct. Minerv.* Tom. II. p. 582.

2) „Antiquissimi scriptores *declinandi* et *inclinandi* verba in sensu cuiuscunque derivationis adhibuerunt, non tantum, quando casus obliqui nominum a recto, sed et quando personae et tempora in verbis ab ipso themate deducuntur: immo et, quando nomina a verbis, adverbia a nominibus formantur. — Sed tamen iam Diomedis et Charisii ac Prisciani tempore *declinatio* κατ' ἐξοχὴν notabat flexionem nominis in suos casus, ut nunc plerumque accipitur." *Perizon. ad Sanct. Min.* I, 8. p. 72. ed. *Bauer.* — „Weil die Verhältnisse an den Wörtern durch Veränderung der Endsilbe ausgedrückt werden, so nannte man das: *ein Wort decliniren, beugen* oder *abändern.* Ein Wort decliniren heisst also, es im Singular und Plural in alle angenommene Fälle setzen, und nach den Regeln der Sprache diese Verhältnisse an demselben ausdrucken." *Deutsche Sprachlehre von Stutz.* 1790. §. 209. Cf. *Silvestre de Sacy.* l. l. p. 182.

hanc adpellationem opinatur originem traxisse, quod voce *casus* etiam *finis* contineatur significatio; in Latina vero lingua omnis declinatio terminationis mutatione fit [1]). Longe aliter de hac re Peripatetici iudicarunt, sicut et Stoici, quique hos secuti sunt Grammatici; quae vero illi de ea tradiderunt, non nisi tum poterunt adponi, quum singulorum casuum vim potestatemque accuratius investigaverimus.

Nos profecto nec cogitare, nec quidquam enuntiare possumus, nisi sit, quod nostrae subiiciamus contemplationi, et de quo cogitata nostra proferamus; hoc vero id esse, quod a Grammaticis subiecti nomine insignitum substantivis designetur, iam alio loco a nobis notatum est. Quemadmodum igitur illae substantiae sive illa subiecta primum cuiuscunque, quam animus format, cogitationis sententiaeque occupant locum, sic quoque substantiva, quibus illa exprimuntur, in quacunque enuntiatione principatum obtinent, ita ut illa ipsa a nulla alia pendeant voce, reliqua vero omnia ab eis proficiscantur: quae vero ad subiectum enuntiationis significandum adhibetur substantivi forma, ea *nominativus* adpellatur. In unaquaque ergo enuntiatione directa finitaque nominativus exstet necesse est, vel revera expressus, vel in verbo latens: nec a vero nos aberrare opinamur, adfirmantes, ne eas quidem sententias, quae ope verborum a Stoicis παρασυμβάματα vel παρακατηγορήματα adpellatorum formatae sunt, lege, quam ipsa natura ferre videtur, solutas esse [2]).

---

1) „Diese Arten der Veränderung der Nennwörter heissen Casus, von einem Lateinischen Worte, welches (nebst andern Bedeutungen, z. B. *Fall)* auch das *Aufhören* bedeutet, weil im Lateinischen diese Aenderungen die Endung betreffen.“ *Silvestre de Sacy.* p. 127.

2) Harris quidem in libro *Hermes or a Philosophical Inquiry concerning Universal Grammar* (B. II. Ch. IV. p. 282). „There may be irregular sentences, inquit, which may be perfect

Omnes substantias, quas homo contemplationi subiicit, atque de quibus aliquid enuntiat, quod non qualitatum finibus inclusum sit, si per se atque natura sua inanimae sunt, quasi vita praeditas fingit atque animatas, ita ut eas tamquam viribus instructas ipsasque exserentes inducat. Quod si vero rebus quoque vita carentibus agendi facultas tribuitur, non potest fieri, quin sermo humanus verbis abundet actiones designantibus, quarum effectus in alias transeat substantias, quibusque hae adficiantur mutenturque. Inde est, quod Grammatici de obiecto enuntiationum loquantur; hoc enim nomine illae, in quibus aliae vim suam exserunt, substantiae insignitae sunt [1]). Haudquaquam vero opinari debemus, eius substantiae, quae vim suam exserit atque in aliam

---

without a nominative. Of this kind are all sentences, made out of these verbs, called by the stoics παρασυμβάματα or παρακατηγορήματα, such as Σωκράτει μεταμέλει, Socratem poenitet etc." At vero eum revera nobiscum sentire, ex iis patet, quae L. I. c. 9. p. 175 tradit, ubi haec leguntur: „The doctrine of impersonal verbs has been justly rejected by the best Grammarians, both antient and modern. See *Sanct. Min.* L. I. c. 12. L. III. c. 1. L. IV. c. 3. *Priscian.* L. XVIII. p. 1134. *Apoll.* L. III. *sub fin.* In which places the reader will see a proper nominative supplied to all verbs of this supposed character."

1) „Action not only requires some *agent*, but it must have a *subject* also to work on, and it must produce some *effect*. It is then to denote one of these (that is the *subject* or the *effect*) that the authors of language have destined the *accusative*. *Achilles vulneravit Hectorem* — here the accusative denotes the subject. *Lysippus fecit statuas* — here the accusative denotes the effect. — The accusative *is that case, which to an efficient nominative and a verb of action subjoins either the effect or the passive subject.*" *Harris.* B. II. c. 4. p. 282 sq. Cf. *Grammaire gén. et raisonn. de Port-Royal.* Ch. VI. p. 290. *Grammatisches Wörterbuch von Moritz.* Vol. I. in v. *Accusativ. Allgemeine Sprachkunde von Mertian.* p. 170.

agit, nomen primarium in unaquaque enuntiatione obtinere locum, ita ut reliqua eius pars ab illo pendeat; saepissime fit, ut id substantivum eum occupet, quo res, in quam actio tendit, significatur: et hoc profecto est id, quo ea, quae inter verbi formam activam passivamque intercedit, differentia praecipue nititur, et quod inprimis respicere debemus, si quid certi de illa statuere volumus. Subiectum enim enuntiationis a subiecto, unde actio verbo notata proficiscitur, omninó distinguendum est: quodsi vero una eademque substantia subiectum enuntiationis est atque actionis, tum verbi adhibetur forma activa; passiva e contrario tunc usurpatur, si in una eademque sententia subiecta enuntiationis actionisque inter se sunt diversa. *Hic homo amicum meum occidit*, igitur active dictum est; at vero sententia eadem ita enuntiata, *meus amicus ab hoc homine occisus est*, passivam nobis verbi exhibet formam.

Praeter obiectum, quod dicunt, actionis alia res vel persona exstare potest, quae vel fructum ex ea capit atque in cuius gratiam cuiusque causa illa suscipitur, vel cui damno est ac detrimentum adfert. Hanc rem personamve quae exprimit vox, ea dativo adhibetur [1]).

---

1) „The *Dative* implies *tendency to*, and is employed among its other uses to denote the *final cause*, that being the cause to which all events, not fortuitous, may be said to tend. It is thus used in the following instances, among innumerable others.

— — — *tibi* suaveis daedala tellus
Submittit flores.

Lucret.

— — — *tibi* brachia contrahit ardens
Scorpius —

Virg. Georg. I.“

Harris B. II. c. 4. p. 287.

„Il y a encore un autre rapport, qui est de la chose au profit ou au dommage de laquelle d'autres choses se rapportent. Les langues qui ont des cas, ont encore un mot pour cela, qu'ils

Of all the passages which delighted the inhabitants of Abdera, nothing worked more upon their *imaginations*, than the tender strokes of nature, which the poet had worked up in the pathetic speech of Perseus (*Ibid.*). They both concurred in their *censures* on her conduct (*Field. Tom. Jon.*). It has been observed, that all persons are doomed to be in love once in their *lives* (*Ibid.*). — Eadem ratione quoque dicitur: The gross *understandings* of the Hellenes could not easily comprehend the utility of such an ingenious invention (*Gillies's Histor. of Greece*). — Quam quidem pluralis numeri usurpandi rationem licet scriptores Anglici non semper secuti sint, id tamen nos minime in eam opinionem adducere debet, ut putemus, illam semper omitti posse. Exsistit sane nonnumquam plane diversus sensus, prout vel singularis, vel pluralis adhibetur numerus, cuius rei nunc quidem unum solum exemplum adponam. His verbis, *he is the author of two works of a very different character*, et, *he is the author of two works of very different characters*, idem sensus quidem inesse videtur; eum vero omnino diversum esse, accuratior investigatio nos edocet. Hoc enim significat, inter eos, de quibus sermo est, libros ipsos differentiam intercedere; illud autem tantummodo tunc dici potest, si iam alius mentio facta est operis, a quo hi libri differunt.

Quod si de duabus sive pluribus, ad eandem speciem pertinentibus, et epithetorum adiectione distinguendis rebus loquimur, linguae Germanicae indoles omnino eius, quo res illa significatur, substantivi numerum singularem adhibendi necessitatem adfert. Prorsus diversa est ratio linguae Anglicanae: in ea enim semper, nisi sensus aperte contrarium postulat, substantivum illud pluraliter effertur. Dicunt enim Angli: the most nume-

---

praecitavere." *Liv.* IV, 12. Germanice diceretur, *mit verhülltem Haupte.*

rous colonies occupied the isles of the *Ionian* and *Aegean seas* (*Gillies's Hist. of Greece*); Tisamenes and Cleanthus had taken the field with the flower of the *Argive* and *Messenian races* (*Ibid.*); Adiectives of the *comparative* and *superlative degrees* are formed also from prepositions and adverbs (*Story*); Both *the first* and *the second battles* happened near the same place (*Gillie's*). [1]) — Eandem constructiónis rationem sequuntur nonnumquam etiam Romani: cuius rei exempla, quamvis ubivis sint obvia, aliquot tamen hic adponantur. »Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto a quintanis initio, et tractis *prima* quoque et *vicesima legionibus* (*Tac. Ann. I, 31.*). *Primam* et *vicesimam legiones* Caecina reduxit (*Ibid. 37.*). *Ravennati* simul et *Misenensi classibus* a Vitellio praepositus etc. (*Tac. Histor. II, 100.*). Vastavere *agros Praenestinum Gabinumque* (*Liv. III, 8.*).

---

1) Adposui haec quoque ea de causa, ut ex magna regularum linguam Anglicanam spectantium, quibus me intentius huius linguae studium instruxit, copia quaedam saltem in publicum proferrem.

V.

DE

PARTIUM ORATIONIS INDOLE ATQUE NATURA.

COMMENTATIO III.

MDCCCXIV.

Quum homines res, quae animum sensibus auxiliantibus adfecerant, verbis enuntiare didicissent, verba ista, quibus animi perceptiones notabantur, ita formaverant, ut mutatione exigua addita et singularem et pluralem earum, de quibus loquebantur, rerum numerum, simulque sexus, si hic in eas caderet, diversitatem designare possent: at vero linguae forma et usus ne ita quidem auctus satis idoneus fuit, quo sensus animi rebus externis earumque, dum in se invicem vim suam exserunt, mutationibus excitatos, et, quas inde animo informaverant, cogitationes recte enuntiarent atque cum aliis communicarent.

Omnia, quae in hoc exstant universo, continuo agitantur motu, nec umquam in se invicem agere desistunt; neque fieri potest, quin ulla sit res, quae non ab aliis rebus adficiatur, aliasque et ipsa adficiat. Iam vero lingua, quae ad sensus animi declarandos exprimendosque apta sit atque accommodata, etiam hanc universae naturae conditionem depingendi facultatem habeat, prorsus necesse est. Vires ipsae, quae in rerum natura exseruntur, et quidem ita, ut vel in rem aliquam extra eam substantiam, cui inhaerent, exstantem agant, vel hac

terminentur, neque ultra eius fines progrediantur, vel in eam ipsam vim suam quasi transferant, ut iam in harum commentationum prima monuimus et in sequentibus accuratius demonstrabimus, verbis, a Grammaticis proprie sic dictis, designantur. Cuivis verbo igitur subiectum, quod nominant, sive nomen eius substantiae praeponi debet, quae agit suasque exserit vires; et si his viribus res aliqua adficitur, eius quoque nomen addatur necesse est. Duplicem vero inter eas substantias, quae vires exserunt, illasque, quae his viribus adficiuntur, et ad quas ipsae referuntur, animadvertere licet relationem intercedentem: illae nimirum substantiae vel in has ipsas agunt, vel eas indirecta tantum adficiunt ratione, in earum modo gratiam efficaciam suam exhibentes, vel vires suas ita exserentes, ut quoddam inde emolumentum damnumve in istas redundet; hanc vero duplicem relationem in una eademque sententia simul exstare posse, ideoque etiam exprimi debere, non est quod moneam.

Nos adtentius rerum naturam investigantes latere non potest, permultas in iis occurrere qualitates ita comparatas, ut semper ad aliam praeter eam, cui inhaerent, substantiam referendae sint; quo quidem fit, ut eorum, quae illas significant, adiectivorum sensus non nisi addito huius substantiae nomine plane adpareat. Inter illa adiectiva igitur et haec, quae eis adiunguntur, substantiva, vel potius inter notiones his dictionibus expressas relatio quaedam intercedat necesse est.

At vero etiam res sive substantiae ipsae, quarum nomina a Grammaticis substantiva adpellata sunt, diversissimis inter se iunctae esse possunt relationibus, quum vel una ab altera processerit indeque originem traxerit, vel partem eius cum ipsa adhuc coniunctam constituat, vel in eius possessione sit, vel tempore et loco ad eam referatur: sunt quoque substantiae, quae quidem ab alia quadam processerint, haudquaquam vero ita, ut inde

enatae, sed tamquam partes integrae ab ea separatae atque seiunctae sint [1]).

Nec illa, quae inter eum, qui cogitat, et illas, de quibus cogitat cogitataque enuntiat, substantias intercedit, relatio omittenda est. Huc vero referendum est, quum quis aliquem vocat, hortatur, vel animi eius, ipsum alloquendo, excitare conatur adtentionem; quod quidem et ad res inanimas deinde translatum esse, cuiusvis linguae usu edocemur [2]).

Omnes has, quas exposuimus, relationes, quamvis diversissimi generis sint, quaevis prorsus lingua, ut finem ipsi propositum adtingat, exprimere debet significareque; nec profecto ulla exstat aliquantulum exculta, in qua illae non aliqua saltem ratione notentur. Sunt enim diversi eas indicandi modi. Interdum ipse locus, quem substantivum in verborum structura occupat, relationi inter notionem ei subiectam reliquamque senten-

---

1) Nonnullae earum, quas supra adposuimus, relationum ita quidem comparatae sunt, ut vix dignae videantur, quae a se invicem separentur: at vero mirum in modum sermo humanus interdum eiusmodi distinguit relationes, cuius rei exemplum invenimus in libro *Grammatisches Wörterbuch von Moritz* inscripto notatum, ubi in v. Genitivus (Voll. II. p. 212) haec leguntur: „Wenn auch der Genitiv weder Dunkelheit noch Missklang verursacht, so wird dennoch öfters die Präposition *von* gebraucht, um dadurch die Fälle zu unterscheiden, wenn der Theil am Ganzen noch befindlich, oder davon schon abgesondert ist. Daher sagt man *die Mauern der Stadt*, wenn die Stadt noch stehet; ist sie aber so zerstört und eingeäschert, dass die Mauern nur noch stehen, so sagt man, *die Mauern von der Stadt.*"

2) „Deinde quaevis notitia referri potest ad mentem sensumque eius, qui de ea cogitat loquiturve: quam subiectivam relationem philosophi vocant. Ea vero exprimitur casu vocativo, quo nihil significatur, praeter sensum quendam loquentis notione aliqua cogitanda commodum." *Hermann de emend. Rat. Graec. Gram.* p. 139.

tiam intercedenti declarandae inservit; in permultis linguis eius rei causa ultima substantivorum flectitur syllaba: in quibus vero linguis haec substantiva flectendi ratio non obtinet, in eas particulae quaedam, praepositionum nomine insignitae, ut illius vice fungantur, inductae sunt [1]). Nobis quidem de mutationibus illis, quae in substantiva, vel potius in ultimam eorum syllabam cadunt, accuratius explicare propositum est: nominantur

1) „Da die Substanzen unter sich in Verhältnisse treten können, diese aber in Abhängigkeit und Unabhängigkeit bestehen, so kommt es darauf an, diese Verhältnisse einzeln zu untersuchen. Soll Abhängigkeit einer Substanz von der andern dargestellt werden, so kann dieses nicht anders geschehen, als durch Hinzufügung eines die Abhängigkeit bezeichnenden Wortes. Dieses Wort müsste aber die Abhängigkeit an sich bezeichnen, sie einzig und nichts anders, oder wenn es mehrere Wörter geben sollte, so müssten diese zusammen die Arten der Abhängigkeit befassen. Solche Classe von Wörtern giebt es allerdings; sie erhalten den Namen der Präpositionen; und diese stellen in ihrem Inbegriff die Arten der Abhängigkeit auf. Da eine jede Art der Abhängigkeit eine bestimmte ist, so lässt es sich denken, dass eine Nation mit dieser Art der Darstellung sich begnügen könne, wie es ja viele Sprachen giebt, die gar keine Casus haben: und in diesen vertreten gewisse Präpositionen mit sehr vagem Inhalte die Stelle derselben. Weit zweckmässiger aber und schärfer wird die Abhängigkeit durch Casus, das heisst, durch gewisse an das Substantiv selbst geknüpfte Silben ausgedrückt, die man freilich als verkürzte oder verdunkelte Präpositionen ansehen kann." *Bernhardi's Anfangsgründe der Sprachwissenschaft. Berl.* 1805. §. 38. — „Der Gebrauch der Casus ist nicht durchaus nothwendig. Man kann derselben ganz und gar entbehren, wie man diess aus der französischen und einer Menge anderer Sprachen ersieht. Dann braucht man, um die Beziehungen anzuzeigen oder zu bestimmen, entweder die Präpositionen oder andere Beziehungsmittel, z. B. die Stellung der Wörter im Satze." *Silvestre de Sacy's Grundsätze der allgemeinen Sprachlehre, übersetzt v. Vater. Halle* 1804. p. 127. Cf. *Monboddo on the Origin. and Progr. of Lang.* P. II. B. 1. Ch. 8.

illae vero a Grammaticis *casus* [1]); easque ordine aliquo atque lege enumerare, ab iisdem *declinare* adpellatum est [2]).

De nominibus his sane inter omnes Grammaticos convenit; at vero qua de causa diversis illis, quibus substantivorum vel potius notionum eis comprehensarum relationes significantur, terminationibus casuum nomen inditum sit, de eo dubitatur. Silvestre de Sacy inde

---

1) „Si l'on considéroit toujours les choses séparément les unes des autres, on n'auroit donné aux noms que les deux changemens que nous venons de marquer; savoir, du nombre pour toutes sortes de noms, et du genre pour les adjectifs: mais, parce qu'on les regarde souvent avec les divers rapports qu'elles ont les unes aux autres, une des inventions dont on s'est servi en quelques langues pour marquer ces rapports, a été de donner encore aux noms diverses terminaisons, qu'ils ont appelées des cas, du latin *cadere*, tomber, comme étant les diverses chutes d'un même mot." *Grammaire générale et raisonnée de Port-Royal.* Ch. 17. p. 284. „Casus est immutatio vel inflexio nominis extremi (in extremo, in exitu, extremae syllabae) pro vario habitu, positu et nexu cum aliis verbis. Grammatice tamen hoc magis, quam logice." *Bauer. ad Sanct. Minerv.* Tom. II. p. 582.

2) „Antiquissimi scriptores *declinandi* et *inclinandi* verba in sensu cuiuscunque derivationis adhibuerunt, non tantum, quando casus obliqui nominum a recto, sed et quando personae et tempora in verbis ab ipso themate deducuntur: immo et, quando nomina a verbis, adverbia a nominibus formantur. — Sed tamen iam Diomedis et Charisii ac Prisciani tempore *declinatio* κατ' ἐξοχὴν notabat flexionem nominis in suos casus, ut nunc plerumque accipitur." *Perizon. ad Sanct. Min.* I, 8. p. 72. ed. *Bauer.* — „Weil die Verhältnisse an den Wörtern durch Veränderung der Endsilbe ausgedrückt werden, so nannte man das: *ein Wort decliniren, beugen* oder *abändern.* Ein Wort decliniren heisst also, es im Singular und Plural in alle angenommene Fälle setzen, und nach den Regeln der Sprache diese Verhältnisse an demselben ausdrucken." *Deutsche Sprachlehre von Stutz.* 1790. §. 209. Cf. *Silvestre de Sacy.* l. l. p. 182.

hanc adpellationem opinatur originem traxisse, quod voce *casus* etiam *finis* contineatur significatio; in Latina vero lingua omnis declinatio terminationis mutatione fit [1]). Longe aliter de hac re Peripatetici iudicarunt, sicut et Stoici, quique hos secuti sunt Grammatici; quae vero illi de ea tradiderunt, non nisi tum poterunt adponi, quum singulorum casuum vim potestatemque accuratius investigaverimus.

Nos profecto nec cogitare, nec quidquam enuntiare possumus, nisi sit, quod nostrae subiiciamus contemplationi, et de quo cogitata nostra proferamus; hoc vero id esse, quod a Grammaticis subiecti nomine insignitum substantivis designetur, iam alio loco a nobis notatum est. Quemadmodum igitur illae substantiae sive illa subiecta primum cuiuscunque, quam animus format, cogitationis sententiaeque occupant locum, sic quoque substantiva, quibus illa exprimuntur, in quacunque enuntiatione principatum obtinent, ita ut illa ipsa a nulla alia pendeant voce, reliqua vero omnia ab eis proficiscantur: quae vero ad subiectum enuntiationis significandum adhibetur substantivi forma, ea *nominativus* adpellatur. In unaquaque ergo enuntiatione directa finitaque nominativus exstet necesse est, vel revera expressus, vel in verbo latens: nec a vero nos aberrare opinamur, adfirmantes, ne eas quidem sententias, quae ope verborum a Stoicis παρασυμβάματα vel παρακατηγορήματα adpellatorum formatae sunt, lege, quam ipsa natura ferre videtur, solutas esse [2]).

---

1) „Diese Arten der Veränderung der Nennwörter heissen Casus, von einem Lateinischen Worte, welches (nebst andern Bedeutungen, z. B. *Fall)* auch das *Aufhören* bedeutet, weil im Lateinischen diese Aenderungen die Endung betreffen." *Silvestre de Sacy.* p. 127.

2) Harris quidem in libro *Hermes or a Philosophical Inquiry concerning Universal Grammar* (B. II. Ch. IV. p. 282). „There may be irregular sentences, inquit, which may be perfect

Omnes substantias, quas homo contemplationi subiicit, atque de quibus aliquid enuntiat, quod non qualitatum finibus inclusum sit, si per se atque natura sua inanimae sunt, quasi vita praeditas fingit atque animatas, ita ut eas tamquam viribus instructas ipsasque exserentes inducat. Quod si vero rebus quoque vita carentibus agendi facultas tribuitur, non potest fieri, quin sermo humanus verbis abundet actiones designantibus, quarum effectus in alias transeat substantias, quibusque hae adficiantur mutenturque. Inde est, quod Grammatici de obiecto enuntiationum loquantur; hoc enim nomine illae, in quibus aliae vim suam exserunt, substantiae insignitae sunt [1]). Haudquaquam vero opinari debemus, eius substantiae, quae vim suam exserit atque in aliam

---

without a nominative. Of this kind are all sentences, made out of those verbs, called by the stoics παρασυμβάματα or παρακατηγορήματα, such as Σωκράτει μεταμέλει, Socratem poenitet etc.“ At vero eum revera nobiscum sentire, ex iis patet, quae L I. c. 9. p. 175 tradit, ubi haec leguntur: „The doctrine of impersonal verbs has been justly rejected by the best Grammarians, both antient and modern. See *Sanct. Min.* L. I. c. 12. L. III. c. 1. L. IV. c. 3. *Priscian.* L. XVIII. p. 1134. *Apoll.* L. III. *sub fin.* In which places the reader will see a proper nominative supplied to all verbs of this supposed character.“

1) „Action not only requires some *agent*, but it must have a *subject* also to work on, and it must produce some *effect*. It is then to denote one of these (that is the *subject* or the *effect*) that the authors of language have destined the *accusative*. *Achilles vulneravit Hectorem* — here the accusative denotes the subject. *Lysippus fecit statuas* — here the accusative denotes the effect. — The accusative *is that case, which to an efficient nominative and a verb of action subjoins either the effect or the passive subject.*“ *Harris.* B. II. c. 4. p. 282 sq. Cf. *Grammaire gén. et raisonn. de Port-Royal.* Ch. VI. p. 290. *Grammatisches Wörterbuch von Moritz.* Vol. I. in v. *Accusativ.* *Allgemeine Sprachkunde von Mertian.* p. 170.

agit, nomen primarium in unaquaque enuntiatione obtinere locum, ita ut reliqua eius pars ab illo pendeat; saepissime fit, ut id substantivum eum occupet, quo res, in quam actio tendit, significatur: et hoc profecto est id, quo ea, quae inter verbi formam activam passivamque intercedit, differentia praecipue nititur, et quod inprimis respicere debemus, si quid certi de illa statuere volumus. Subiectum enim enuntiationis a subiecto, unde actio verbo notata proficiscitur, omninó distinguendum est: quodsi vero una eademque substantia subiectum enuntiationis est atque actionis, tum verbi adhibetur forma activa; passiva e contrario tunc usurpatur, si in una eademque sententia subiecta enuntiationis actionisque inter se sunt diversa. *Hic homo amicum meum occidit*, igitur active dictum est; at vero sententia eadem ita enuntiata, *meus amicus ab hoc homine occisus est*, passivam nobis verbi exhibet formam.

Praeter obiectum, quod dicunt, actionis alia res vel persona exstare potest, quae vel fructum ex ea capit atque in cuius gratiam cuiusque causa illa suscipitur, vel cui damno est ac detrimentum adfert. Hanc rem personamve quae exprimit vox, ea dativo adhibetur [1]).

---

1) „The *Dative* implies *tendency to*, and is employed among its other uses to denote the *final cause*, that being the cause to which all events, not fortuitous, may be said to tend. It is thus used in the following instances, among innumerable others.

— — — *tibi* suaveis daedala tellus
Submittit flores.

Lucret.

— — — *tibi* brachia contrahit ardens
Scorpius —

Virg. Georg. I."

Harris B. II. c. 4. p. 287.

„Il y a encore un autre rapport, qui est de la chose au profit ou au dommage de laquelle d'autres choses se rapportent. Les langues qui ont des cas, ont encore un mot pour cela, qu'ils

Iam progrediamur necesse est ad eum casum, cuius vim potestatemque eorum Grammaticorum, qui nobis innotuerunt, nullus plane perspexisse atque accurate explicasse videtur, quem videlicet vulgo genitivum adpellant. Quam eius explicationem cel. Hermannus in medio proposuit, de ea in sequentibus sermo erit; quae vero reliqui de eo tradiderunt Grammatici, quorum plerique naturam eius atque rationem possessione vel partitione contineri adfirmant [1]), ea si hic adponere velle-

---

ont appelé le *datif*, et qui s'étend encore à d'autres usages qu' il est presque impossible de marquer en particulier. *Commodare Socrati*, prêter à Socrate. *Utilis reipublicae*, utile à la republique. *Perniciosus ecclesiae*,. etc." *Gramm. génér. et raisonn. de Port-Royal.* Ch. VI. p. 289. Cf. *Gramm. Wörterb. von Moritz* in vv. *Accusativ* et *Dativ. Mertians Allg. Sprachkunde.* p. 172.

1) Dissidet tamen a reliquis Grammaticis Harris, in cuius libro iam saepius laudato haec leguntur: „Among the various relations of substantives denoted by prepositions, there appear to be two principal ones; and these are the *term* or *point*, which something commences *from*, and the *term* or *point*, which something tends *to*. These relations the Greeks and Latins thought of so great importance, as to distinguish them *by peculiar terminations of their own.* — In Greek they say — δέομαί σου, δίδωμί σοι, *of thee I ask, to thee I give.* The reason is, in requests the person requested is one whom something is expected *from;* in donations, the person presented, is one whom something passes *to.* So again — πεποίηται λίθου, *it is made of stone.* Stone was the passive subject, and thus it appears in the genitive, as being the term *from* or *out of which.* Even in *Latin*, where the syntax is more formal and strict, we read —

Implentur veteris Bacchi pinguisque farinae.

Virg.

The old wine and venison were the funds or stores, *of* or *from* which they were filled. Upon the same principles, πίνω τοῦ ὕδατος, is a phrase in *Greek;* and *je bois de l'eau*, a phrase in *french*, as much as to say, *I take some or a certain part, from or out of a certain whole.*"

„When we meet in language such genitives as *the son of*

mus, nimis longum foret. Quae sane genitivi casus natura et significatio sit, dubium esse nequit, si omissis illis, quae Grammatici de ea tradiderunt, ab omni opinione praeiudicata et usu recepta liberi, ipsam eum adhibendi rationem accuratius perscrutamur: et nisi omnia

---

a father; the father of a son; the picture of a painter; the painter of a picture, etc. these are all *relatives*. and therefore each of them reciprocally a *term or point* to the other, *from* or *out of* which it derives its *essence*, or at least its *intellection*. *Hermes* B. II. Ch. 4. p. 285 sq. Plane diversa sunt ea, quae in libro *Grammaire générale et raisonnée* inscripto de hoc casu traduntur, ubi (p. 287) haec exstant: „Le rapport d'une chose qui appartient à une autre, en quelque manière que ce soit, a fait donner dans les langues qui ont des cas, une nouvelle terminaison au noms, qu'on a appellée le *génitif*, pour exprimer ce rapport général, qui se diversifie ensuite en plusieurs espèces, telles que sont les rapports,

Du tout à la partie. *Caput hominis.*
De la partie au tout. *Homo crassi capitis.*
Du sujet à l'accident ou l'attribut. *Color rosae.*
De l'accident au sujet. *Puer optimae indolis.*
De la cause efficiente à l'effet. *Opus dei. Oratio Ciceronis.*
De l'effet à la cause. *Creator mundi.*
De la cause finale à l'effet. *Potio soporis.*
De la matière au composé. *Vas auri.*
De l'objet aux actes de nôtre ame. *Cogitatio belli. Contemptus mortis.*
Du possesseur à la chose posédée. *Pecus Meliboei.*
Du nom propre au commun, ou de l'individu à l'espèce. *Oppidum Lugduni.*

Et comme entre ces rapports il y en a des opposés, cela cause quelque fois des équivoques. Car dans ces paroles, *vulnus Achillis*, le génitif *Achillis*, peut signifier ou *le rapport du sujet*, et alors cela se prend passivement pour la plaie qu'Achille a reçue, ou *le rapport de la cause*, et alors se prend activement pour la plaie qu'Achille a faite.“ Cf. *Grammatisches Wörterbuch von Moritz*, in v. *Genitiv. Mertians Allgem. Sprachkunde* p. 174.

nos fallunt, clarissima huic rei accendetur lux, si sequentia tenemus.

Si quis dicat, *pater librum dono dedit amico,* nemo non τὸ *pater* ad personam loquentis, et τὸ *amico* ad *patrem* referet, et τὸ *librum* indefinite dictum putabit. Quodsi vero de alius hominis patre, nec de patris, sed de eius, qui loquitur, amico, ac de certo aliquo libro sermo esset, id profecto additis pronominibus significandum, dicendumque esset, *illius pater hunc librum meo amico dono dedit. Pater* enim, *liber* et *amicus* nomina adpellativa sunt, quorum notio magnum individuorum comprehendit amplectiturque numerum, ita ut non nisi alia adiecta voce eorum significationem certis finibus includente de certis quibusdam individuis adhiberi possint. Eidem autem rei etiam adiectiva inservire, sua sponte patet. Saepissime autem accidit, ut notio nomine adpellativo comprehensa non adiectivi pronominisve adiectione circumscribi terminarique possit, sed substantivum aliquod ad id requiratur, quo vel auctor causave, vel possessor alicuius rei denotetur, vel tempus locusve indicetur, quando et ubi aliquid exstiterit exstetve, vel totum significetur, cuius id pars sit etc., ut hac ratione plane adpareat accurateque definiatur, de qua re sermo sit. Illud vero substantivum, quod notioni alii substantivo subiectae accuratius definiendae inservit, in genitivo casu collocatur; et hic casus igitur adiectivi pronominisve vice fungitur, atque tamquam adiectiva substantivorum forma considerari potest. Quemadmodum igitur ad eum, de quo loquimur, diem significandum adiectivo vel pronomine adiecto dicimus *hodiernus dies, crastinus dies, hic dies,* sic quoque notionis nomine adpellativo comprehensae ambitum genitivi casus adiectione circumscribimus, et ad quod individuum quamve individuorum classem illud referendum sit, declaramus. Idem profecto in hanc constructionis rationem cadit, quod in compositione coniunctioneque duarum pluriumve vocum lo-

cum habet. Quodsi enim ex duabus pluribusve vocibus una effingitur, notiones quoque illis subiectae in unam coguntur et unius vicem notionis sustinent; idem vero et de genitivi casus coniunctione cum nomine adpellativo adfirmari posse, quis est, qui non intelligat? Et profecto vix verendum est, ne a vero aberremus, contendentes, eandem regulam, quae in vocum compositione spectanda est, et in illa genitivi casus constructione valere. Videtur ea enim tum modo adhiberi posse, si notiones nomine adpellativo et genitivo, qui ei adiungitur, casu expressae eiusmodi sunt, ut plane coalescere atque ita unius notionis vicem sustinere possint [1]). Omnes igitur relationes ita comparatae, ut eae notiones, inter quas illae intercedunt, in unam coniungi consociarique possint, genitivo casu designantur. Haec vero generatim atque universe dicta ac disputata sunt; significantur enim illo casu aliae adhuc in nonnullis linguis relationes: id vero uniuscuiusque linguae indoli atque naturae tribuendum est [2]). — Una tamen harum relationum geni-

---

1) Ita quoque fit, ut apud nos in substantivis compositis id, quod definiens adpellatur, quodque priorem semper occupat locum, definiendo saepe in genitivo casu praeponatur, ut e. g. in *Geburtstag*, in qua compositione et hoc notandum est, priorem vocem, quae feminini generis est, ad genitivum designandum masculina forma esse adhibitam.

2) Quae de natura atque indole genitivi casus a nobis disputata sunt, non omnino a vero esse aliena, ex Hebraica praecipue videtur adparere lingua, quae, adiectivis non multum abundans, in eorum, quibus deficitur, locum substantiva plerumque substituit. Quae quidem substantiva licet interdum sine omni immutatione formae eis adiungantur, quorum notio illis adiectis accuratius definienda est, ita ut adpositione quasi cum his connexa sint, e. g. אֲמָרִים אֱמֶת, *verba vera;* plerumque tamen alterum illorum substantivorum genitivo casu adhibetur, ita vero, ut saepius id, quod qualitatem, quam quod substantiam eius adiectione accuratius designandam significet, genitivi casus locum obtineat, e. g. אִמְרֵי אֱמֶת, *verba*

tivo significatarum, quae omnibus linguis communis est, hoc loco haud praetermittenda est silentio; etenim post substantivum, in quo agendi inest vis, genitivo significatur quoque huius actionis obiectum, nonnumquam etiam id, quod agendo efficitur, e. g. *educatio liberorum, exstructio tectorum* etc.

De vocativo non est, quod fusius agamus. Adpel-

---

vera; בִּגְדֵי הַקֹּדֶשׁ, *vestes sacrae;* מְרוֹם הָרִים, *montes alti.* — Eadem ratione in lingua Franco-gallica et Italica eorum, quibus hae linguae carent, adiectivorum loco substantiva adhiberi solent, cum illa particula coniuncta, qua genitivi casus relationem significari adfirmant, e. g. *une montre d'or; l'orologio d'oro.* — At enim vero etiam Graeci Latinique auctores pro adiectivo usurparunt genitivum, et pro genitivo contra saepius adiectivum adhibuerunt, scripseruntque e. g. εὐφρονὴ ἄςρων pro εὐφρονὴ ἀςερόεσσα (Sophocl. Electr. 19.); ἐλπίδων ἀρωγοί pro ἀρωγοὶ ἐλπισθέντες (ibid. 846.); *herba veneni* pro *venenata* (Virg. Ecl. IV, 24.); Καπανήϊος ἀγλαὸς υἱός pro Καπανήος υἱός (Hom. Il. V, 241.); Γοργείη κεφαλὴ, δεινοῖο πελώρου pro κεφαλὴ Γοργοῦς δεινοῦ πελώρου (ibid. 741.); θρόνοι οἱ Κρεοντοῖοι pro οἱ θρόνοι Κρέοντος (Soph. Oed. R. 400.); φόνος ὁ Λαΐειος pro ὁ φόνος Λαΐου (ibid. 450.). Hinc quoque adparet, qua ratione e. g. Caesar (Bell. Gall. I, 40.) scribere potuerit: *Factum etiam nuper in Italia servili tumultu, quos tamen aliquis usus et disciplina, quam a nobis accepissent, sublevarent;* etenim *servili tumultu* positum est pro *tumultu servorum*, et ad hanc posteriorem vocem igitur *quos* referendum: eodemque modo Graeci dixerunt: δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος (Hom. Il. III, 180.); σφὼ δ' ἀντ' ἐκείνων τἀμὰ δυςήνου κακὰ ὑπερπονεῖτον (Soph. Oed. Col. 344.): in hisce enim enuntiationibus pronomen possessivum genitivi pronominis personalis, unde illa pronomina derivata sunt, obtinet locum; nec denique dubitari potest, permultorum saltem adiectivorum originem a substantivorum genitivis esse repetendam, e. g. *regius, ligneus, lapideus*, a genitivis *regis, ligni, lapidis* etc. vid. Beckers Organism der Sprache p. 101. cf. quoque §. 61.

latur enim ita illa substantivi forma, qua eum compellamus, cum quo sermonem communicare volumus, et ad quem orationem nostram dirigimus [1]). Hac forma igitur, quam quoque Grammatici non sine optimo iure casum secundae personae nominarunt [2]), ea, ut praeclare iam observavit cel. Hermannus, exprimitur relatio, quae inter notionem aliquam atque mentem sensumque eius intercedit, qui de ea cogitat loquiturque, quamque a Philosophis subiectivam nuncupatam esse inter omnes constat.

Praeter eos, quos adposuimus, casus in nonnullis linguis, e. g. in Latina, sexta substantivorum exstat forma, quae vel nude posita vel cum praepositione aliqua coniuncta diversissimas significat relationes, maxime tamen ex parte locum, tempus, causam, instrumentum,

---

1) „Quand on nomme la personne à qui on parle, ou la chose à laquelle on s'adresse, comme si c'étoit une personne, ce nom acquiert par-là un nouveau rapport, qu'on a quelquefois marqué par une nouvelle terminaison qui s'appelle *vocatif.*" *Gramm. génér. et raisonn. de Port-Royal.* Ch. 6. p. 285.

„Der Sprechende äussert die Auszeichnung dessen, welchem er sich mittheilt, durch Laute, welche den Begriff *Du* ausdrücken. — Statt des *Du* kann der Name dieser Person ausgesprochen werden. Wenn für die Bezeichnung der Personen (oder personificirten Gegenstände), in so fern sie diejenigen sind, mit welchen man eben spricht, eine characteristische Form eingeführt ist, so ist dies die Form des *Vocativ.*" *Vaters Versuch einer allgemeinen Sprachlehre. Halle* 1801. p. 190 et 242.

2) Obloquitur quidem Sanctius in sua Minerva, ubi (L. II. c. 6. p. 228. ed. Bauer.). „Vocativus, inquit, non est secundae personae, ut aiunt Grammatici, sed res aliqua, cum qua sermonem communicamus." At vero eum iam refellit Perizonius, qui (l. c.) „Immo vero est, inquit. Hoc enim secundae in arte Grammatica dici debet, quod designat eum, cum quo loquens sermonem communicat, seu quem alloquitur. — Vocativus autem semper dirigitur ad eum, quem alloquimur; est itaque vocabulum secundae personae, seu secundam personam notans."

tivo significatarum, quae omnibus linguis communis est, hoc loco haud praetermittenda est silentio; etenim post substantivum, in quo agendi inest vis, genitivo significatur quoque huius actionis obiectum, nonnumquam etiam id, quod agendo efficitur, e. g. *educatio liberorum, exstructio tectorum* etc.

De vocativo non est, quod fusius agamus. Adpel-

---

vera; בִּגְדֵי הַקֹּדֶשׁ, *vestes sacrae;* מְרוֹם הָרִים, *montes alti.* — Eadem ratione in lingua Franco-gallica et Italica eorum, quibus hae linguae carent, adiectivorum loco substantiva adhiberi solent, cum illa particula coniuncta, qua genitivi casus relationem significari adfirmant, e. g. *une montre d'or; l'orologio d'oro.* — At enim vero etiam Graeci Latinique auctores pro adiectivo usurparunt genitivum, et pro genitivo contra saepius adiectivum adhibuerunt, scripseruntque e. g. εὐφρονὴ ἄςρων pro εὐφρονὴ ἀςερόεσσα (Sophocl. Electr. 19.); ἐλπίδων ἀρωγοί pro ἀρωγοὶ ἐλπισθέντες (ibid. 846.); *herba veneni* pro *venenata* (Virg. Ecl. IV, 24.); Καπανήϊος ἀγλαὸς υἱός pro Καπανήος υἱός (Hom. Il. V, 241.); Γοργείη κεφαλὴ, δεινοῖο πελώρου pro κεφαλὴ Γοργοῦς δεινοῦ πελώρου (ibid. 741.); θρόνοι οἱ Κρεοντίοι pro οἱ θρόνοι Κρέοντος (Soph. Oed. R. 400.); φόνος ὁ Λαΐειος pro ὁ φόνος Λαΐου (ibid. 450.). Hinc quoque adparet, qua ratione e. g. Caesar (Bell. Gall. I, 40.) scribere potuerit: *Factum etiam nuper in Italia* servili *tumultu, quos tamen aliquis usus et disciplina, quam a nobis accepissent, sublevarent;* etenim *servili tumultu* positum est pro *tumultu servorum*, et ad hanc posteriorem vocem igitur *quos* referendum: eodemque modo Graeci dixerunt: δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος (Hom. Il. III, 180.); σφὼ δ' ἀντ' ἐκείνων τἀμὰ δυςήνου κακὰ ὑπερπονεῖτον (Soph. Oed. Col. 344.): in hisce enim enuntiationibus pronomen possessivum genitivi pronominis personalis, unde illa pronomina derivata sunt, obtinet locum; nec denique dubitari potest, permultorum saltem adiectivorum originem a substantivorum genitivis esse repetendam, e. g. *regius, ligneus, lapideus*, a genitivis *regis, ligni, lapidis* etc. vid. Beckers Organism der Sprache p. 101. cf. quoque §. 61.

latur enim ita illa substantivi forma, qua eum compellamus, cum quo sermonem communicare volumus, et ad quem orationem nostram dirigimus [1]). Hac forma igitur, quam quoque Grammatici non sine optimo iure casum secundae personae nominarunt [2]), ea, ut praeclare iam observavit cel. Hermannus, exprimitur relatio, quae inter notionem aliquam atque mentem sensumque eius intercedit, qui de ea cogitat loquiturque, quamque a Philosophis subiectivam nuncupatam esse inter omnes constat.

Praeter eos, quos adposuimus, casus in nonnullis linguis, e. g. in Latina, sexta substantivorum exstat forma, quae vel nude posita vel cum praepositione aliqua coniuncta diversissimas significat relationes, maxime tamen ex parte locum, tempus, causam, instrumentum,

---

1) „Quand on nomme la personne à qui on parle, ou la chose à laquelle on s'adresse, comme si c'étoit une personne, ce nom acquiert par-là un nouveau rapport, qu'on a quelquefois marqué par une nouvelle terminaison qui s'appelle *vocatif.*" *Gramm. génér. et raisonn. de Port-Royal.* Ch. 6. p. 285.

„Der Sprechende äussert die Auszeichnung dessen, welchem er sich mittheilt, durch Laute, welche den Begriff *Du* ausdrücken. — Statt des *Du* kann der Name dieser Person ausgesprochen werden. Wenn für die Bezeichnung der Personen (oder personificirten Gegenstände), in so fern sie diejenigen sind, mit welchen man eben spricht, eine characteristische Form eingeführt ist, so ist dies die Form des Vocativ." *Vaters Versuch einer allgemeinen Sprachlehre. Halle* 1801. p. 190 et 242.

2) Obloquitur quidem Sanctius in sua Minerva, [illegible] c. 6. p. 228. ed. Bauer.). „Vocativus, inquit, non [illegible] personae, ut aiunt Grammatici, sed res aliqua, [illegible] monem communicamus." At vero eum iam [illegible] qui (l. c.) „Immo vero est, inquit. Hoc [illegible] Grammatica dici debet, quod designat eum, [illegible] sermonem communicat, seu quem alloquitur. — [illegible] tem semper dirigitur ad eum, quem [illegible] cabulum secundae personae, seu [illegible]

materiamque spectantes; eique formae nomen ablativi inditum est [1]).

Sex igitur apud Latinos [2]) casus sunt, quorum duo,

1) „Der Verhältnisse der Gegenstände gegen das thätige Subject im Satz sind wenige, aber desto mehrere, ja unzählige giebt es in Ansehung der Dinge überhaupt. Die vorzüglichsten derselben sind die Begriffe der *Concomitenz*, der *Zeit*, des *Ortes*, der *Materie*, woraus etwas besteht, des *Ursprungs*, der *Ursache*, des *Masses*. Alle diese werden in verschiedenen Sprachen verschiedentlich ausgedrückt, mehrentheils durch besondere Verhältnisswörter, die mit besonderen Fallendungen zusammengesetzt werden. Daraus ist denn im Lateinischen eine besondere Fallendung entstanden, die man höchst verkehrt den *Ablativ*, deutsch den *Nehmefall*, und späterhin im Griechischen, um dasselbe dem Lateinischen zu assimiliren, sogar den *Wegtragungsfall* genannt hat. Alle dergleichen Verhältnisswörter sind *Zusätze* entweder zum Subject oder zum Object, oder deuten auf besondere Umstände, und ergänzen also den Satz, wie das Adverbium sein Verbum. Sollte also der Ablativ einen Namen im Deutschen bekommen, obgleich der Deutsche keinen Ablativ hat, so müsste er der *Zusatz*- oder *Ergänzungsfall* heissen.“ *Philosophische Principien einer allgemeinen Sprachlehre nach Kant und Sacy. Königsb.* 1805. p. 73 sq. Cf. *Grammaire de Port-Royal.* p. 290. *Sanct. Minerv.* L. I. c. 6. p. 39. et L. II. c. 7. p. 232. ed. *Bauer.*

2) His sex casibus nonnulli grammaticorum duos alios addendos esse censuerunt; cuius quidem rei Sergius in Donat. L. II. p. 1844 ap. Putsch.) mentionem faciens, „Alii, inquit, septimum etiam addunt casum, qui ablativo similis invenitur. Nam quando dico re vera, *doctior illo*, et *doctior ab illo*, eadem invenitur locutio; quando autem dico *illo praesente suscepi*, et *ab illo praesente suscepi*, non est similis ab utroque casu elocutio. Nam, *illo praesente suscepi*, inter duas tantummodo res geri videtur. Nonnulli adiungunt octavum casum, qui fit, cum quid per accusativum cum praepositione possumus dicere, dicimus per dativum sine praepositione, ut, *clamor it in caelum*, et, *it clamor caelo*, ut *subeunt ad murum*, et *subeunt muro*.“ Servius quoque ad Virg. Ecl. II. (*Mollia luteola pingit vaccinia caltha*) „Nisi luteola, inquit, septimus sit casus, non stat versus.“ Cf.

nominativus scilicet et vocativus, *casus recti* [1]), reliqui vero *casus obliqui* nominantur. Nominativus tamen num casuum numero comprehendi possit, a veteribus Grammaticis [2]) addubitatum est. Peripatetici enim (id quod

---

Id. ad Aen. IX, 79. — Septimum igitur casum adpellabant ablativum, quando ad instrumentum vel modum, quo res gesta, designandum adhibebatur, nec ita manifeste regebatur a praepositione. Eos vero nullo modo audiendos esse censet Priscianus, qui (ap. Putsch. p. 673) „Minime, inquit, praepositio addita vel subtracta mutare valet vim casus. Neque enim cum accusativo casui multae praepositiones solent adiungi, alius est, quando habet eas, at alius, quando absque his profertur. Quis autem dubitat, quod omnes praepositiones vel accusativo, vel ablativo apud Latinos iungi solent? Ergo si adiunctae vel non ablativo, mutant eius vim, accusativo quoque adiunctae vel non, debent similiter mutare casum."

1) Varro tamen (L. I. II. *de Analogia*) contendit, vocativum non esse rectum, quamvis recto similis sit. Quam quidem sententiam impugnans Bauerus (*ad Sanct. Minerv.* Tom. I. L. I. c. 6. p. 39) „Si *rectus* est casus, inquit, qui, per se positus, a nullo alio pendeat, qui minus nominativo habeatur in rectis et directo adpellantibus aliquem aliquidve; immo multo magis simpliciter ponitur vocativus nominativo, quem praedicatum tamen sequi debeat: vocativus autem saepius, in exclamando utique, ita ponitur solus, ut sententiae instar absolvat." — Cf. vero etiam *Vaters Lehrbuch der Allgem. Gramm. Halle* 1805. §. 34. Anm. 1. ubi haec leguntur: „Der Vocativ wird gewöhnlich auch *casus rectus* genannt, weil er sich ganz von dem zweiten jener Fälle (dem durch die *casus obliquos* ausgedruckten) unterscheidet. Allein er unterscheidet sich auch von dem ersten, und druckt bloss das Anrufen einer Person aus. Das so gesetzte Wort ist ausser aller Verbindung mit den Theilen eines vorhergehenden oder nachfolgenden Satzes."


2) Sicut etiam a nonnullis recentiorum, e. g. a cl. Poelitz (in libro *Systematische Encyclopädie der stylistischen Wissenschaften. Leipz.* 1805. inscripto), cuius tamen sententiam Bauerus (in *Lehrbuch der deutschen Sprache. Potsd.* 1811. Vol. III. p. 15) his verbis oppugnat: „Pölitz hat Unrecht, wenn er sagt: der Nominativ ist gar kein Casus, weil er die Unabhängigkeit des

iam quidem accuratius exponi potest), illud negantes, hanc primitivam substantivi formam cum linea ad perpendiculum directa conferebant, ita ut eos, qui obliqui nominantur, casus tamquam aberrationes declinationesve a linea illa ad perpendiculum directa nominativumque repraesentante considerarent, illisque ea de causa πτώσεων i. e. casuum nomen inderent [1]). Stoici e contra-

---

Subjects ausdrückt, und der Character eines Casus darin besteht, die Abhängigkeit des Subjects in einem gewissen Falle zu bezeichnen, weswegen auch keine Präposition mit einem Nominativ stehen kann. — Der Begriff des Subjects ist ja so gut ein Verhältnissbegriff, wie das Object, und der Nominativ bezeichnet ja auch Prädicate.“ Cf. quoque *Bernhardi's Anfangsgründe der Sprachwissenschaft.* Cap. II. §. 38.

1) „The *Peripatetics* held the nominative to be no *Case,* and likened the noun, in this its *primary* and *original form* to a perpendicular line, such for example, as the line AB.



The variations from the nominative, they considered as if AB were to fall from its perpendicular, as for example, to AC, or AD. Hence then they only called these variations πτώσεις, *casus, cases,* or *fallings.* The *Stoics* on the contrary, and the Grammarians with them, made the nominative a case also. Words they considered (as it were) *to fall from the mind,* or *discursive faculty.* Now when a noun fell thence in *its primary form,* they then called it πτῶσις ὀρθή, *casus rectus, an erect or upright case* or *falling,* such as AB, and by this name they distinguished the *nominative.* When *it fell from the mind under any of its variations,* as for example in the form of a *genitive,* a *dative,* or the like, such variations they called πτώσεις πλαγίαι, *casus obliqui, oblique cases,* or *sidelong fallings* (such as AC, or AD) in opposition to the other (that is AB)

rio, et, qui eos sequuti sunt, Grammatici nominativum casibus adnumerandum esse adfirmabant. Verba enim dictaque ita spectabant, ac si ex animo caderent. Quod si hac ratione primitiva inde cadebat substantivi forma, hanc πτῶσιν ὀρθὴν sive casum rectum adpellabant; atque hoc nomine nominativum a ceteris distinguebant casibus: si vero substantivi forma aliqua ab illa quasi declinans, ea, e. g. quae genitivum vel dativum constituit, ex animo cadebat, hanc quidem πτώσεως πλαγίας s. casus obliqui nomine insignibant [1]). Ita quoque factum

---

which was erect and perpendicular." *Hermes* B. II. Ch. 4. p. 277 sq. —

Omnes fere Grammaticos de explicatione illius nominis mirum in modum a se invicem dissedisse, sequentia nos docent. „Die Römer, inquit Seidenstücker (in *Gutsmuths Bibliothek* 1809 *Iunius*) gebrauchen das Verbum *cadere* sehr häufig vom Schliessen der Periode, weil sich die Stimme im Schlusse senkt, fällt (*cadit*). — Dem Ausdrucke liegt das Bild einer geraden Linie zum Grunde, die sich am Ende nach unten zu krümmt. Von der Periode trug man das Bild über auf das einzelne Wort, verglich dieses in seinem unveränderten Bestande mit der geraden, in seiner veränderten mit der gekrümmten Linie. *Casus* nennt man die Schlusssylbe des Wortes, bei welcher die Stimme im Sprechen sinkt (cadit). Für das Gehör enthält jede Schlusssylbe auf gleiche Weise eine Senkung, einen *casum;* für das Gesicht ist es anders: wenn die Schlusssylbe des Nominativs als gerade Linie betrachtet wird, so müssen die andern *Casus*, welche jene gerade Linie für das Auge abändern, als so viele gekrümmte, oblique Linien betrachtet werden. Sonach wäre der Namen *casus* überhaupt vom Senken der Stimme, die Benennung rectus und obliquus vom Bruche des Wortes in der Schrift abzuleiten." — Apud Priscianum (L. V. p 669. ed. Putsch.) haec leguntur: „Nominativus sive Rectus, velut quibusdam placet, quod a generali nomine in specialia cadat, casus appellatur, ut stylum quoque manu cadentem, rectum cecidisse possumus dicere. Vel abusive dicitur casus, quod ex ipso nascuntur omnes alii; vel quod cadens a sua terminatione in alias, facit obliquos casus."

1) Cf. Ammon. in Libr. de Interpretatione, p. 35.

est, ut flexio nominis substantivi in suos casus κλίσις s. declinatio adpellaretur, siquidem illa flexio quasi declinatione quadam ab erecta substantivi forma ad varias eius formas inclinatas continetur.

In sex illis, per quos apud Latinos nomina flectuntur, casibus Grammaticorum plerique totius casuum doctrinae posuerunt fundamenta, unde deinde opinio originem duxit, ea, quibus illi in Latina lingua designantur, nomina non casuum tantum, sed etiam relationum adpellationes esse, quae illis notentur significenturque. At vero accuratius rem perscrutantes naturamque reliquarum linguarum investigantes intelligamus necesse est, ea, quae Grammatici illo fundamento nixi ad casuum doctrinam illustrandam tradidere, a vero plane esse aliena. Tantum enim profecto abest, ut in unaquaque ceterarum linguarum iidem, qui apud Latinos sunt, exstent casus, aut relationes, quibus substantiva inter se vel cum verbis adiectivisque iunguntur, eadem ratione notentur, ut in multis linguis nulli prorsus reperiantur casus, relationes vero illae in diversis linguis diversissimis modis exprimantur [1]). Quodsi igitur casuum singulorum significationem supra explicare conati sumus, minime id fecimus opinioni addicti, omnes, quibus notandis illi inserviunt, relationes ad unam solam posse referri; eam potius, si fieri posset, eruere studuimus, quae cuique casuum maxime propria esset.

Relationes, inter substantiva reliquasque, cum quibus iungi possunt, orationis partes intercedentes non semper ultimae illorum syllabae immutatione, sed saepissime etiam certis particulis, praepositionum nomine insignitis, significari atque exprimi, iam supra monuimus; et profecto permultae sunt linguae, in quibus id non nisi posteriore fieri potest ratione, quia casibus plane

1) Vaters Lehrbuch der Allgemeinen Grammatik. Halle 1805. §. 35.

destitutae sunt, nec ulla substantiva in eis flectuntur [1]). In Germanica quidem lingua, ut de hac primum agamus, perpaucae modo in substantiva cadunt flexiones, nec fere nisi ad genitivum atque dativum designandum; articulus vero atque pronomina, sicut etiam adiectiva, nisi vox quaedam forma sua casum significans praecesserit, per omnes, quos lingua Germanica agnoscit, flectuntur casus: quo sane factum est, ut in hac lingua contra leges a grammatica philosophica constitutas articulus finitus casus significandi causa saepe adhibeatur, ubi in reliquarum linguarum plerisque rectius omittitur [2]). In lingua Arabica non nisi tres casus nominum flexione notantur [3]),

---

1) „There are no cases in the modern languages, except a few among the primitive pronouns, such as *I* and *me*, *je* and *moi*; and the *english genitive*, formed by the addition of *s*, as when from *lion*, we form *lion's*, from *ship*, *ship's*. From this defect however we may be enabled to discover in some instances *what a case is*, the *periphrasis*, which supplies its place, being *the case* (as it were) *unfolded*. Thus *equi* is analized into *du cheval*, *of the horse*, *equo* into *au cheval*, *to the horse*. And hence we see that the *genitive* and *dative cases* imply the joint power of a *noun* and a *preposition* etc *Hermes* B. II. Ch. 4. p. 275 sq. — „Comme les noms françois ne changent point de terminaison, il n'y a point de cas dans notre langue. Nous exprimons avec des Prepositions, et sur-tout avec *de* et *à* les rapports que les Grecs et les Latins exprimoient par les differens terminaisons de leurs noms.“ *Principes génér. et partic. de la Langue Franç. par M. de Wailly. à Paris* 1802. p. 11. — Cf. *Fernow's Italienische Sprachlehre*. p. 128 sqq.

2) v. Gramm. mea Ling. Angl. §. 110. (Nov. Gramm. §. 517 sqq.)

3) „Im Arabischen giebt es nur drei Casus; der eine ist ein absoluter (der nichts als bloss den Umstand anzeigt, dass die Nennwörter von jeder Abhängigkeit von etwas vorhergehendem frei sind), der zweite ein complementarischer (der entweder nothwendig, oder auch nur unter gewissen Umständen einen Exponenten bei sich hat zur Bezeichnung der Art des Verhältnisses, dessen hinteres Correlat er bildet), der dritte ein adverbialischer (der niemals als Complement einer Präpo-

et in Graeca quatuor [1]). Polonica vero et Russica sex illis, quos Latini habent, septimum addiderunt, in locum ablativi casus duobus aliis substitutis, quorum alter casus instrumentalis, alter autem casus localis est [2]): et in Finnica lingua eorum numerus, si Wolkio fides habenda est, usque ad quatuordecim crevit [3]). Hebraica

---

sition steht, aber immer den Exponenten des Verhältnisses in sich enthält, dessen hinteres Correlat er bildet)." *Silvestre de Sacy Grunds. der Allgem. Sprachl.* p. 129 sqq. Cf. *Vaters Lehrb. der Allgem. Gramm.* §. 36.

1) Num Graecae linguae ablativus casus quoque tribuendus sit, de eo Grammatici multum disputarunt. „Ablativum, inquit Diomedes (ap. Putsch. p. 277.), Graeci non habent; hunc tamen Varro interdum sextum, interdum Latinum appellat, quia Latinae linguae propius est, cuius vis apud Graecos per genitivum explicatur." — Sanctius e contrario Graecos hoc casu non carere contendit. „Primum enim, inquit (in *Minerva* sua. I, 6. p. 42. ed. *Bauer.*), in omni idiomate dativus acquisitioni tantum deservit; per illum igitur pretium, materiam, locum, et multa alia, non significabimus. Deinde, si Graecis non esset sextus casus, unde Latini *Penelope*, *Parasceve*, *Grammatice*, in sexto casu dicerent. — Sed quod maxime fidem potest facere, Ciceronis multa sunt, in quibus Graecis nominibus adiectiva Latina in sexto casu, vel etiam Latinae praepositiones, quae sextum casum regant, iunctae reperiuntur." Hanc vero eius sententiam, et omnia, quibus illa nititur, argumenta refellere conatus est Perizonius in adnotat. ad l. l. cl. Thiersch tamen in *Gramm. Gr. Ling.* §. 144. ei asserit ablativum; cf. vero *J. A. L. Z.* 1813. *Jul.* p. 142 et 145. — Eadem ratione nonnullos Germanicae quoque linguae ablativum tribuere voluisse, notavit iam cel. Vater in *Lehrbuch der Allg. Gramm. Halle* 1805. §. 36. *Anm.*

2) cf. Vater l. l. §. 35. Anmerk. IV. Philos. Princip. der Allgem. Sprachlehre p. 59.

3) *Bauer's Lehrbuch der deutschen Sprache.* Vol. III. p. 14. Cf. vero etiam *Philos. Princip. der Allg. Sprachl.* l. c. ubi haec leguntur: „Die Lappländer sollen *vierzehn Ablative* haben. Wären es wirkliche Biegungen, so wäre diess ein Beweis der grossen Flexibilität dieser Sprache; aber es ist zu vermuthen, dass

lingua, Danica Anglicaque eam modo, quae Genitivo exprimi solet, relationem substantivi flexione designant; at vero Franco-gallica atque Italica, casibus prorsus destitutae, declinationem nominum non nisi additis particulis exhibent [1]). Ne quis obiiciat, articulum finitum tamen in his duabus linguis flecti, eiusque tot reperiri formas, quot ad casus illos, quos lingua Latina agnoscit, designandos requirantur. Id enim etiam si ita se haberet, tamen nihil prorsus ad substantivorum spectaret declinationem; at vero tantum abest, ut mutationes illae, quas articulus finitus in istis linguis subit, eis adnumerari possint, quibus declinatio continetur, ut diversae, quibus ille adhibetur, formae ex ipsius earumque, quibus grammatici ferunt diversos in Latina lingua exstantes casus designari, particularum arctissima coniunctione et quasi concretione originem traxerint. Sic in lingua Franco-gallica *du*, *des*, *au*, *aux*, ex *de le*, *de les*, *à le* et *à les* [2]), in Italica vero *del*, *al*, *dal*, *dei*, *ai*, *dai* etc. ex *di il*, *a il*, *da il*, *di i*, *a i*, *da i*, etc. in unum contracta sunt [3]); cuius quidem rei certissimum argu-

---

es blosse Praefixa oder Suffixa sind, die in einzelnen Buchstaben oder kurzsylbigen Verhältnisswörtern bestehen, wie dies der Fall mit den Slavonischen Sprachen ist, welche häufig einzelne Buchstaben und kurze Sylben vorsetzen, die gleichsam mit dem Hauptworte coalesciren: und so konnte man auch diesen Sprachen mehrere Casus andichten."

1) cf. Fernow et Wailly ll. supra ll.

2) „*Du*, *des*, *au*, *aux*, — sont mis pour *de le*, *de les*, *à le*, *à les*. En voici la preuve; nous disons: *Il est difficile de se faire aimer* de tout le *monde*. *La vertu est le plus beau* de tous les *biens*, *et il importe* à tous les *hommes de la pratiquer*. Si nous ôtons les mots *tout*, *tous*, qui se trouvent entre *de le*, *de les*, *à les*, nous disons alors: *La vertu est le plus beau* des *biens*, *et il importe* aux *hommes de la pratiquer*. *Il est difficile de se faire aimer* du *monde*." *Princip. de la Lang. Franç. par M. de Wailly*. p. 10.

3) v. Fernow's Italien. Sprachlehre. §. 146.

mentum posterior nobis exhibet lingua, in qua etiam aliae praepositiones, e. g. *con*, *in*, *su*, *per*, in *col*, *collo*, *nella*, *sul*, *pel*, *co'*, *cogli*, *nelle*, *su'*, *pe'*, eadem ratione cum articulo finito coniunctae sunt.

In permultis linguis praepositiones casuum vice funguntur; et profecto illis ipsis linguis, in quibus nomina per casus flectuntur, ut omnes notionum substantivis subiectarum relationes accurata et perspicua ratione designentur, ad eas confugiendum est. Quodsi casuum numerus in unaquaque lingua varias illas, quae inter substantiva et reliquas orationis partes, ex quibus illa pendere possunt, intercedunt, relationes aequaret, nullis profecto opus esset praepositionibus; at vero quum multitudo formarum tum necessariarum memoriam obrueret, omnino fatendum est, praepositionum accessionem linguis maximam adtulisse utilitatem [1]).

Praepositionum igitur ope diversae notionum substantivis comprehensarum relationes vel omnino, vel saltem accuratius designantur; et quum hac ratione earum vis et virtus similem usum, ut casus, habeat, facile intelligitur, quare in eis linguis, in quibus substantiva flectuntur, casus ab ipsis regi dicantur. Quibus vero casibus praepositiones praeponi possint, non est, quod multis explicetur. Praepositiones enim rationem eam, qua quid ex alio pendeat, significant. Substantiae vero, si

1) „Les cas n'ayant été imaginés que pour marquer les différentes vues de l'esprit, ou les divers rapports des objets entre eux; pour qu'une langue fût en état de les exprimer tous par des cas, il faudroit que les mots eussent autant de terminaisons différentes qu'il y a de ces rapports. Or il n'y a vraisemblablement jamais eu de langue qui eût le nombre nécessaire de ces terminaisons. Ce ne seroit d'ailleurs qu'une surcharge pour la mémoire, qui n'auroit aucun avantage qu'on ne se procure d'une manière plus simple." *Gramm. de Port-Royal.* Ch. 6. p. 440. Cf. *Silvestre de Sacy Grunds. der Allg. Sprachl.* p. 127 sqq.

ex alia notione pendent, non nisi casibus nominum eorum obliqnis significari possunt, quia nominativus subiectum enuntiationis, vocativus vero eam, quam compellamus, personam significat: praepositiones igitur cum casibus obliquis tantummodo iungi posse, per se patet.

Supra iam monuimus, nos in singulorum casuum vim potestatemque inquirentes eas tantummodo cuique eorum adposuisse relationes, quibus designandis ipsi praecipue inserviunt: in omnibus enim linguis diversissimas eis interdum notari relationes, accuratior investigatio nos docet. Sic e. g. accusativus proprie obiectum actionis sive eam rem personamve significat, in quam alia substantia vim suam exercet; at vero in lingua Germanica adhibetur quoque ad tempus declarandum, quo aliquid factum est, vel quod in re aliqua impenditur. Designatur eo praeterea pretium rerum, mensura, aetas, pondus magnitudoque, sicut et spatium atque distantia, quod ex parte etiam in alias linguas cadit [1]). — At vero

---

1) Sic germanice dicitur: *den Augenblick* wird er da seyn; ich habe ihn noch *vorigen Winter* gesehn; *künftige Ostern* wird er die Universität beziehn; ich habe *sechs Tage* in Leipzig zugebracht; das Buch kostet *einen Gulden;* das Brett ist *zwei Ellen* lang; er ist *zwanzig Jahr* alt; dies wiegt *dreissig Pfund; jeden Tag* ist er *sechs Meilen* gegangen; das Dorf liegt *fünf Stunden* von hier. — Apud Graecos occurrunt haec: πλεῖςον χρόνον διαμένουσι. *Isocr. ad Nicocl.* Εγὼ νομίζω, τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. *Demosth.* Σταδίους δὲ πέντε καὶ τεσσαράκοντα διακομίσαντες ἀπίκοντο ἐς τὸ ἱρόν. *Herod. I,* 32. Πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ. *Od. X,* 28. Ἐμάχοντο δέκα πλείους ἐνιαυτούς. *Hesiod. Th.* 635. Ἀπέχειν δέκα ςαδίους. — Γεγονὼς ἑξήκοντα ἔτη. — In Hebraica lingua, Latina, Franco-gallica et Italica accusativum casum interdum eandem habere vim significationem, quo ex sequentibus patet: וַיָּחֶל עוֹד שִׁבְעַת יָמִים אֲחֵרִים (et exspectavit adhuc septem dies alios). — Il a deja plu *trois*

non solum diversissimae relationes uno eodemque casu exprimuntur, sed saepe etiam eadem relatio diversis designatur casibus, et id quidem non solum in diversis linguis, sed interdum quoque in una eademque [1]): quod

---

jours de suite. — Il a demeuré *deux ans* à Paris. — Lungo ventiquattro braccia; largo tre palmi; alto otto piedi; lontano cinque miglia. — Gladios habebant longos *quaterna cubita, Liv. XXVII*, 40. Fossae *quinos pedes* altae. *Caesar. B. G. VII*, 33. Cum tridui *viam* processisset. *Caesar. B. G. I*, 38. *Quot terras, quot maria* distans? *Liv. V*, 4. Qui *solos novem menses* Asiae praefuit. *Cic. Att. V*, 17. — In lingua Anglica Accusativum casum eadem adhiberi ratione ex iis patet, quae de hac re in Grammatica mea tradidi, quibus quidem nunc nonnulla addere liceat. Usurpatur nimirum accusativus casus apud Anglos non solum, si de ipso tempore sermo est, sed etiam, si actio vel res aliqua gesta tempori significando inservit; id quod ea, quae iam adponemus, declarant exempla: Mr. Allworthy had been absent a *full quarter* of a year. *Fielding.* He stood *some time* lost in astonishment at this sight. *Ibid.* *The first sunday* in particular their behaviour served to mortify me. *Goldsmith.* We had nothing but sullen looks and short answers *the whole day ensuing. Ibid.* Mr. Western roared forth intentions of revenge *every step* he went. *Fielding.* He had had the honour, he said, to be at the bombardement of Brussels *last war. Sterne.* — Eadem ratione etiam verba *way* et *wise* more adverbii usurpata in accusativo ponuntur: I am credibly informed of your incapacity *that way. Smollet.* — He demanded if I was *any way* related to the great Primrose. *Goldsmith.* — As it *no wise* concerns this history, we cannot prevail on ourselves, to give it a place here. *Fielding.* — My mind knows not, *which way* to direct its hopes. *Evelina.*

1) Apud Germanos e. g. dicitur: Er kommt *alle drei Tage* zu mir. Christus ist *am dritten Tage* wieder auferstanden. Die Post kömmt *Montags* und *Donnerstags.* Wenn es *des Morgens* regnet. *Eines Tages* ging ich zu ihm. Einmal *des Jahrs.* — In Graeca lingua et genitivus et dativus ad hanc temporis relationem exprimendam adhibentur: νυκτὸς ἔγραψε· Χριςὸς τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ἀνέςη. In lingua Hebraica particulae ב et ל ad tempus aliquod significandum usurpantur. Anglice dici-

profecto non est, quod miremur. Homines enim eas relationes, quae non ad certos casus quasi adstrictae erant, obscuro quodam sensu ducti ea ratione significabant, quae cujusque linguae indoli maxime convenire, vel ad ipsam sententiam clarissime enuntiandam videbatur aptissima.

Longe alia, ac nos, de casuum natura atque significatione cel. Hermannus egit ratione, adfirmans, nec plures, quam sex casus, esse posse, nec plures esse debere [1]). At vero quum nos non solum eis, quae supra adposuimus, sed ipsa etiam experientia impediamur, quo minus hanc amplectamur sententiam, etiam de ceterorum veritate dubitare licebit, quae ad singulorum casuum vim potestatemque explicandam a Viro cl. allata

---

tur: Mr. Allworthy answered she must take care of the child *that evening*, and *in the morning* he would give orders to provide it a nurse. *Fielding.* The fair happened *on the following day. Goldsm.* I will call upon you *at six a clock.*

Longius temporis spatium in linguis plerisque, ut supra vidimus, accusativo notatur, apud Graecos vero etiam dativo, et apud Latinos ablativo: εἴκοσι ὅλοις ἔτεσιν ἀπεδήμησε. — In lingua Anglica accusativo praepositio *for* ad illam relationem indicandam non solum interdum adiicitur, ubi quoque omitti posset, sed nonnumquam etiam adiici praeponique debet. Praeclara sunt ea, quae de hac re in libro, *Remarks on the English language (London 1770)* inscripto traduntur, ubi (p. 114) ad verba illa; *the king was extremely deaf some years before he died*, e scriptis auctoris cuiusdam Anglici in medium prolata, haec notantur: *if he became deaf several years before he died, and his deafness continued during those several years (as seems to have been the case), it would have been better to say:* He was deaf for several years before he died. *The word* for *would have made it clear, that this deafness continued; whereas we* may say that a man was deaf some years before he died, if he became so *several years before his death, and, after some time, recovered his hearing.*

1) De emend. Rat. Gr. Gr. p. 137 sqq.

non solum diversissimae relationes uno eodemque casu exprimuntur, sed saepe etiam eadem relatio diversis designatur casibus, et id quidem non solum in diversis linguis, sed interdum quoque in una eademque [1]): quod

---

jours de suite. — Il a demeuré *deux ans* à Paris. — Lungo ventiquattro braccia; largo tre palmi; alto otto piedi; lontano cinque miglia. — Gladios habebant longos *quaterna cubita, Liv. XXVII,* 40. Fossae *quinos pedes* altae. *Caesar. B. G. VII,* 33. Cum tridui *viam* processisset. *Caesar. B. G. I,* 38. *Quot terras, quot maria* distans? *Liv. V,* 4. Qui *solos novem menses* Asiae praefuit. *Cic. Att. V,* 17. — In lingua Anglica Accusativum casum eadem adhiberi ratione ex iis patet, quae de hac re in Grammatica mea tradidi, quibus quidem nunc nonnulla addere liceat. Usurpatur nimirum accusativus casus apud Anglos non solum, si de ipso tempore sermo est, sed etiam, si actio vel res aliqua gesta tempori significando inservit; id quod ea, quae iam adponemus, declarant exempla: Mr. Allworthy had been absent a *full quarter* of a year. *Fielding.* He stood *some time* lost in astonishment at this sight. *Ibid.* *The first sunday* in particular their behaviour served to mortify me. *Goldsmith.* We had nothing but sullen looks and short answers *the whole day ensuing. Ibid.* Mr. Western roared forth intentions of revenge *every step* he went. *Fielding.* He had had the honour, he said, to be at the bombardement of Brussels *last war. Sterne.* — Eadem ratione etiam verba *way* et *wise* more adverbii usurpata in accusativo ponuntur: I am credibly informed of your incapacity *that way. Smollet.* — He demanded if I was *any way* related to the great Primrose. *Goldsmith.* — As it *no wise* concerns this history, we cannot prevail on ourselves, to give it a place here. *Fielding.* — My mind knows not, *which way* to direct its hopes. *Evelina.*

1) Apud Germanos e. g. dicitur: Er kommt *alle drei Tage* zu mir. Christus ist *am dritten Tage* wieder auferstanden. Die Post kömmt *Montags* und *Donnerstags.* Wenn es *des Morgens* regnet. *Eines Tages* ging ich zu ihm. Einmal *des Jahrs.* — In Graeca lingua et genitivus et dativus ad hanc temporis relationem exprimendam adhibentur: νυκτὸς ἔγραψε· Χριςὸς τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ ἀνέςη. In lingua Hebraica particulae ב et ל ad tempus aliquod significandum usurpantur. Anglice dici-

profecto non est, quod miremur. Homines enim eas relationes, quae non ad certos casus quasi adstrictae erant, obscuro quodam sensu ducti ea ratione significabant, quae cujusque linguae indoli maxime convenire, vel ad ipsam sententiam clarissime enuntiandam videbatur aptissima.

Longe alia, ac nos, de casuum natura atque significatione cel. Hermannus egit ratione, adfirmans, nec plures, quam sex casus, esse posse, nec plures esse debere [1]). At vero quum nos non solum eis, quae supra adposuimus, sed ipsa etiam experientia impediamur, quo minus hanc amplectamur sententiam, etiam de ceterorum veritate dubitare licebit, quae ad singulorum casuum vim potestatemque explicandam a Viro cl. allata

---

tur: Mr. Allworthy answered she must take care of the child *that evening*, and *in the morning* he would give orders to provide it a nurse. *Fielding.* The fair happened *on the following day. Goldsm.* I will call upon you *at six a clock.*

Longius temporis spatium in linguis plerisque, ut supra vidimus, accusativo notatur, apud Graecos vero etiam dativo, et apud Latinos ablativo: εἴκοσι ὅλοις ἔτεσιν ἀπεδήμησε. — In lingua Anglica accusativo praepositio *for* ad illam relationem indicandam non solum interdum adiicitur, ubi quoque omitti posset, sed nonnumquam etiam adiici praeponique debet. Praeclara sunt ea, quae de hac re in libro, *Remarks on the English language (London 1770)* inscripto traduntur, ubi (p. 114) ad verba illa; *the king was extremely deaf some years before he died*, e scriptis auctoris cuiusdam Anglici in medium prolata, haec notantur: *if he became deaf several years before he died, and his deafness continued during those several years (as seems to have been the case), it would have been better to say:* He was deaf for several years before he died. *The word* for *would have made it clear, that this deafness continued; whereas we* may say that a man was deaf some years before he died, if he became so *several years before his death, and, after some time, recovered his hearing.*

1) De emend. Rat. Gr. Gr. p. 137 sqq.

et in medio proposita sunt, qui, rationem, qua notiones nominibus comprehensae inter se aut cum aliis notionibus copulatae sint, triplicem esse contendens, prout aut inhaerentia contineatur, aut consequutione, aut communione, »Inhaerentia, inquit, dicitur, qua quid aut substantia est, aut accidens; consecutio, qua quid aut causa est, aut effectus; communio denique, qua partes mutuo efficientiae nexu conjunctae sunt.« Quas quidem relationes postquam demonstratum dedit casibus tantummodo obliquis exprimi, ita pergit: »Primum substantia designatur casu *genitivo*, ut cum dicimus, *Atheniensium respublica.* In quibus verbis genitivus *Atheniensium* Athenienses ut substantiam cogitare jubet, cujus, quod deinde additur, *respublica*, accidens est. Illud vero in hac re magnopere cavendum est, ne quis obscura quadam et morosa subtilitate adhibenda ad inutiles disputatiunculas delabatur. — Enim vero in sermone non semper spectanda est rei ipsius, de qua loquimur, natura et conditio, sed illud inprimis videndum est, qua ratione quaeque notio quoque in loco et sermone considerari debeat. — Quamobrem qui genitivi casus vim recte perspicere vult, ad hoc potissimum animum debet advertere, quod, quotiescunque aliquod nomen genitivo casu adhibetur, semper res ita cogitatur, ut ex ea pendeat alia res tamquam aliquid accessorium, ipsa autem ex nulla re pendeat, sed sola per se constet.« Ita quidem Hermannus. At vero rem si adtentius consideramus, primariam in illis verbis (*Atheniensium respublica*) non τὸ *Atheniensium*, sed potius τὸ *respublica* designat notionem, quia hac voce, in nominativo collocata, id significatur, de quo quid enuntiari possit. Genitivus *Atheniensium* jam, ut supra demonstrare conati sumus, adjectivi pronominisve subit vicem, quorum vis in eo posita est, ut qualitate addita vel accidentium aliquo adiuncto id individuum, de quo sermo est, accuratius designent. Quemadmodum igitur in his verbis *hodiernus*

dies notio nomine adpellativo *dies* comprehensa adjectione vocis *hodiernus* ita circumscribitur, ut certus aliquis indicetur dies, sic quoque accessione vocis *Atheniensium* ea *respublica* definitur, de qua quis loqui vult. Voce *Atheniensium* igitur potius accidens notionis τῷ *respublica* expressae significari putandum est, quam hac illius. Haec autem a vero non longe abesse, inde quoque colligi posse videtur, quod in omnibus fere linguis pronomina possessiva, quae profecto non substantiam, sed substantiae modo accidens aliquod designant, a genitivis pronominum personalium derivata sunt.

»Plane contraria ratio, pergit Vir cel., cernitur in eo casu, quo accidentia, quae dici solent, notantur. Isque est accusativus. Ut in hoc exemplo, *teneo librum.* Quo significatur, librum esse accidens ejus, qui tenet. — Accusativum consideranti pateat necesse est, quotiescunque hic casus adhibetur, rem ita cogitari, ut nulla sui parte libera sit, et suapte quadam vi et potestate constet, sed penitus atque omnino pendeat ex alia re.« — At profecto quod si haec, quae quidem subtiliter dicta esse minime negamus, ad adpositum quoque exemplum quadrant, haudquaquam tamen hac accusativi explicatione rem confici opinamur, nisi singularem prorsus significationem voci *accidens* tribuamus, cujus notio auctore Quintiliano [1]) *causam, tempus, locum, occasionem, instrumentum modumque* complectitur. In his enuntiationibus: *ille latro est is, qui meum fratrem occidit; meus filius amicum suum invitus vulneravit,* quis, quaeso, adfirmare ausit, *fratrem* eius, qui occidit, atque *amicum* eius, a quo vulneratus est, accidens esse? Obiectum actionis his verbis significatur; et id ut designet, accusativus proprie in linguas introductus est. Eo fit, ut hic casus tantummodo cum verbis, minime vero cum nominibus construi possit, nisi si haec nomina partici-

1) Instit. Orat. V, 10, 23.

piorum officio fungantur [1]): verbis enim proprie sic dictis efficaciam, quae subiectis tribuitur, exprimi, iam alio loco exposuimus.

Omissis iis, quae Vir iudicio subtilissimo praeditus de dativi ablativique ratione adtulit, quibus nos quoque adsentiri non posse ingenue fatemur, ad ea progredimur, quae ipse ad usum accusativi cum infinitivo explicandum in medio proposuit. »Ex illa, inquit nimirum, quam exposuimus, casuum natura explicari potest etiam accusativi cum infinitivo usus. Nam in illa constructione res ea, quae accusativo casu exprimitur, semper aliquod accidens i. e. conditionem aliquam notat, ut, *bonum esse, consulem esse, Ciceronem esse.* Atque hic accusativus neque ex infinitivo pendet, quod ex his ipsis exemplis patet, in quibus verbum *esse*, nullum casum regens, additum est, neque pendet aliunde, quia tota formula nominativo casu exprimi potest, ut, *laus est, fortem esse:*

ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐςίν, ὦ Ζεῦ καὶ Θεοί,
δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.

Hinc licet intelligere, casum accusativum propterea ad hanc locutionem adhiberi, quia hic solus ex reliquis casibus facit, ut res eo casu expressa tamquam accidens cogitetur.« Quod si haec, quae Vir cel. ad usum accusativi cum infinitivo eiusque rationem explicandum adtulit, natura atque indole sermonis humani vel eis legibus niteretur, quas ut cogitando cogitataque eloquendo homo sequatur, ratio ipsa quasi eum cogit, illa profecto in omnibus linguis valerent: id vero minime ita se habere, ipsa lingua vernacula nos edocet, in qua loco accusativi cum infinitivo, quod constructionis genus perraro in ea occurrit, interdum, id quod a nemine Grammaticorum, quantum quidem scio, adhuc observatum est, nominativus cum infinitivo adhibetur. Vertamus e.

---

[1]) Herm. de emend. Rat. Gr. Gr. p. 144.

g. versus illos Graecos supra adpositos germanice, et locum accusativi (δοῦλον) nominativus (*der Sclav*) occupabit (*Wie drückend ist es, der Sclav eines wahnsinnigen Herrn zu seyn!*) Nonnumquam quidem eiusmodi nominativus adtractione, quam vocant, explicari potest, quemadmodum in his: *er wendet allen Fleiss an, um einst ein gelehrter Mann zu werden; er glaubt schon jetzt, ein ausgezeichneter Gelehrter zu seyn;* — id vero in enuntiationem supra adpositam minime cadere, sua sponte patet. Unde sane constructionis accusativi cum infinitivo ortus repetendus sit, non adeo facile est explicatu; attamen, nisi omnia nos fallunt, haud ita multum a vero aberrabimus, si illius originem hanc fuisse statuimus.

In omnibus fere linguis verbis videndi audiendique subiicitur accusativus cum infinitivo, cuius posterioris locum in lingua Graeca, sicut et in Anglica, illius construendi rationem persaepe presse sequuta, nonnumquam etiam in Latina, participium quoque obtinet, diciturque e. g. *ich sah dich einen Brief schreiben; vidi te scribere (scribentem) literas;* ὅν δὲ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω μιμνάζειν; *I perceived my youngest daughter struggling with the torrent; I could not but smile to hear her talk in this lofty strain; Io l' ho veduto scrivere una lettera.* Nos profecto hanc construendi rationem accuratius investigantes intelligamus necesse est, verba illa, unde accusativus cum infinitivo pendet, eodem modo ad accusativum, qui sequitur [1]), quam ad illum, qui cum eo coniunctus est, infinitivum, vel etiam ad participium, quod huius locum obtinet, referri posse,

1) Huius rei sequentia quoque, quae apud Sophoclem exstant. verba praebere videntur argumentum:

ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προσήμεθα
βωμοῖσι τοῖς σοῖς.

Oed. R. 15.

quia e. g. actio voce *scribere* expressa non minus in sensum incurrit, quam ille, qui scribit. Haudquaquam igitur est, quod miremur, post haec verba constructionem illam accusativi cum infinitivo esse adhibitam; haec vero verborum structura quum semel esset in linguas introducta, eius ratio, si indoles naturaque linguae illi non adversabantur, facillime latius patere, ipsaque ibi adhiberi potuit, ubi vestigia eius originis prorsus nulla adparent, et in aliis linguis, e. g. in Germanica, ut supra vidimus, nominativus cum infinitivo poni debet. Illa vero, quae iam adtulimus, non omnino vana esse, inde quoque patere videtur, quod in lingua Graeca post nonnulla sensuum verba, quae genitivum adsciscunt, hic casus participio iunctus accusativo cum infinitivo Latinorum plane respondet, e. g. ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου.

Adfirmavimus quidem, subiectum enuntiationis semper nominativo efferri casu; at vero inde omnes fere eas excipiendas esse sententias, in quibus infinitivus verbi finiti locum obtinet, iam ex eis, quae modo disputavimus, manifestum est. Huc accedunt quoque in lingua Graeca Latinaque illae enuntiationes, in quibus absoluti, quos vocant, adhibentur casus, cuius quidem constructionis rationem explicandi munus alio tempore nobis suscipiendum erit.

Non omnia unius eiusdemque linguae substantiva eadem flectuntur ratione, sed iidem casus diversissimis saepe ultimae ipsorum syllabae mutationibus designantur. In multis vero nominibus illi eadem exprimuntur terminatione; quo sane factum est, ut in eis linguis, in quibus substantiva per casus flectuntur, plures declinationes exstent. Illa enim substantiva, quorum terminatio iisdem mutationibus obnoxia est, una comprehenduntur declinatione; et quot illa flectendi in quaque lingua inveniuntur modi, tot ea dicitur habere declinationes. Quot sane apud Graecos Latinosque declinationes sint, inter

omnes constat; de numero vero earum, quae in Germanica lingua constituendae sint, Grammatici adhuc inter se disceptant. Omnibus rite perpensis eorum sententiae calculus videtur adiiciendus, qui illas ad sex redigendas censent, ita ut terminatio nominativi pluralis numeri id sit, unde intelligatur, ad quam quodque substantivum referendum sit declinationem, illa vero nomina, quae feminini generis sunt, prima atque secunda comprehendantur. Formulas quidem harum sex declinationum infra adposuimus [1]); accuratius autem et fusius de iis disputare, non est huius loci.

---

1)

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
	Feminina.		Masculina		et	Neutra.
			Singularis.			
N.	—	—	—	—	—	—
G.	—	—	s	es, s	es, s	en, n (ens)
D.	—	—	—	e, —	e, —	en, n
A.	—	—	—	—	—	en, n
			Pluralis.			
N.	e	n, en	—	e	er	en, n
G.	e	n, en	—	e	er	en, n
D.	en	n, en	n	en	ern	en, n
A.	e	n, en	—	e	er	en, n

VI.

DE

PARTIUM ORATIONIS INDOLE ATQUE NATURA:

COMMENTATIO IV.

MDCCCXV.

Quaecunque in linguarum thesauris reposita sunt verba, ea in primaria secundariaque dividenda esse, in harum commentationum prima docere conati sumus. Primaria nimirum illa putanda esse monuimus, quae vel res vere exstantes, notionesve animo nostro eadem ratione, ac si illis eiusmodi res, a philosophis substantiarum nomine insignitae, subiectae essent, formatas, vel ea designent, quae nobis de illis rebus notionibusve enuntianda sint; ad secundariorum numerum vero ea referenda, quae vel rationi, qua notiones enuntiationesve ad se invicem referantur, significandae, vel his ipsis enuntiationibus inter se coniungendis inserviant. Quae posteriora quum ita comparata sint, ut per se fere omni careant potestate, eorumque significatio, ut articuli, praepositionum coniunctionumque, non, nisi cum aliis coniuncta sint, recte intelligi possit, prioribus omnino illa verba, sive ad substantiam, de qua aliquid enuntiamus, accuratius definiendam, sive ad enuntiationem illam ipsam constituendam adhibeantur, adnumeranda esse, quorum vis tum quoque adpareat, quum sola posita sint, per se patet. Quae inter verba quamquam primus praecipuusque locus verbo, a grammaticis proprie sic dicto, concedendus est, proxime tamen ad substantivum accedit adiectivum, quod ad singularum substantiarum notionem sin

minus absolvendam, attamen accuratius definiendam prorsus requiritur. Naturam enim indolemque rerum sive substantiarum ipsam perspiciendi facultatis quum simus expertes, quas animo nostro earum formamus notiones, hae nihil aliud sunt, nisi qualitatum in illis conspicuarum coacervationes quasi coniunctionesque [1]), quibus, finito certisque terminis circumscripto spatio inclusas quum eas cogitamus, formam quandam tribuimus figuramque. Forma enim figuraque ad substantiarum naturam utique pertinet, nec absque illa ulla in animo potest informari: unde fit, ut, quemadmodum in enuntiationibus temporis semper habenda est ratio, huiusque notio ab illis abesse non potest, ita in substantiarum quasi imaginibus effingendis spatii notio accedat prorsus necesse sit. Spatium enim tempusque id sunt, unde omnes nostrae pendent cogitationes.

Substantivis igitur designantur substantiae, sive illae qualitates, quae earum naturam indolemque constituunt. At vero quum longe maior illorum numerus non res hominesve singulares, quos philosophi individuorum nomine insigniverunt, sed eorum classes generaque significet, non omnes in his individuis occurentes qualitates, sed eas tantum, quae omnibus ad unam classem idemve ge-

1) Idem monet quoque Bernhardi, qui, „Eine Substanz, inquit, ist nichts weiter als eine Vereinigung mehrerer Eigenschaften zu einer Einheit, die man also auch wieder zertrennen, zerlegen und zusammensetzen kann. — Attributive drücken die Empfindung für die Imagination, das Merkmal für den Verstand aus, und sind eine im Substantiv liegende *Eins*, deren vollständige Aufzählung die Substanz selbst constituirt. Um sich das letztere deutlich zu machen, sehe man, was eine Erklärung ist. Ist es nicht das Auflösen einer Substanz vollständig in wesentliche Merkmale, und muss nicht die Möglichkeit der übrigen aus diesen hergeleitet werden?" Anfangsgründe der Sprachwissenschaft. Berol. 1805. p. 119 et 148. cf. Eiusdem Sprachlehre. Berol. 1801. T. I. p. 138 sqq. et 172 sqq.

nus pertinentibus communes sunt, substantivis comprehendi, sua sponte patet. Iam vero fieri potest, ut ad rem aliquam accuratius designandam qualitatis, qua a reliquis eadem classe comprehensis rebus praecipue distinguatur, significatio nomini ei imposito adiicienda sit; ei autem usui adiectiva inservire, inter omnes constat: quae sane haud levis adiectivorum formandorum causa erat, etiamsi homines, qua valent animi sagacitate, qualitates a se invicem non seiunxissent, propriisque earum nominibus sermonem ditassent.

Adiectivi quae natura sit atque indoles, etsi clare adpareat, tamen grammaticorum nonnulli in eo definiendo a vero longe aberraverunt, id quod iam ex eis adparet, quae Sanctius de hac re tradit, qui, »Primum omnium, inquit [1]), adiectivum necesse est sit omne nomen, unde duci potest comparatio, ut *senior, iunior, adolescentior;* quia qualitas nominibus significatur adiectivis, non substantivis.« — Optimo profecto iure haec reprehenduntur a Bauero [2]), qui in notis illis verbis adiectis, »Non placet ubique, inquit, philosophus Sanctius, ut nimis fere Aristoteleus, immo Scholasticus: et salubriora semper disputat Perizonius, sanus Criticus, non affectans philosophari, sed nec novandi cupidus, quod saepius abripuit eximium cetera Hispanum. — Primo non satis adparet, velitne, hanc esse *definitionem* adiectivi, an hoc tantum: quae comparationem recipiant, ea non esse substantiva? Quorum illud si sit, quaerere liceat, quo loco habeamus illa, manifeste tamen adiectiva, in quae non cadat conditio comparandi, i. e. graduum, per quorum discrimina magis minusve tribuantur nomini alii, vel eidem alio tempore atque alio, vel conditione alia, tamquam *coelestis, terrester, immortalis, secundus,* etc. et quando participia et ipsa, recte ille qui-

1) Fr. Sanctii Minerva. T. I. c. 7. p. 64. ed. Bauer.
2) v. l. c.

dem, adiectivis accenset, et vero debuit, quia comparationem admittunt et ipsa, ut *amans*, *metuens*, *sapiens*, *intelligens* etc. horum quoque complura non recipiunt comparandi conditionem, partim ex rei natura, internam, logice, vel ontologice, ut *aeternus*, *lectus*, *auditus*, *dictus*, etc. partim externam, grammatice et ex usu loquendi, ut *amatus*, *tacitus*, quod in adiectivum iam magis abiit, alia: et in adiectivis, *memor*, *immemor*, *ratus*? Sed ne fuerit quidem haec definitio adiectivi, tum ob ea, quae diximus, tum, quia non vim ac *notionem* constituat adiectivi ipsam, sed affectionem eius quandam, cuius ratio repetenda demum sit ex natura eius. Cur enim admittit adiectivum comparationem? Quali est indole, qua eam recipiat? Nempe, quia significat *qualitatem*, naturam rei alicuius, scilicet quoad *insit* in re, concretive, epitheti loco, aut attributi.« Nec sane meliora sunt, quae ipse Priscianus [1]) habet, apud quem haec leguntur. »Adiectivum est, quod adiicitur propriis vel adpellativis, et significat laudem, vel vituperationem, vel medium, vel accidens unicuique. Laudem, ut *iustus*; vituperationem, ut *iniustus*; medium, ut *magnus*: dicimus enim *magnus imperator*, laudantes; et *magnus latro* vel *fur*, vituperantes. Accidens vero, id est, suum uniuscuiusque, ut *niger corvus* et *altum mare*. Inveniuntur tamen etiam in propriis quaedam huiuscemodi, ut *Gradivus Mars*, *Ennosigaeus Neptunus*, et *Quirinus Romulus*: sed haec, quia propriorum loco accipiuntur, comparari non possunt, quod est proprium adiectivorum, nec egent adiectione aliorum nominum, quomodo communia adiectiva.«

Longe latius profecto adiectivi notio patet, quam grammaticorum plerique, ut concedant, adduci possunt. Omnibus enim diligentius perpensis, illis omnia ea adnumeranda esse adparet verba, quae ad notiones sub-

---

1) Priscian. L. II. p. 579 sq. ap. Putsch.

stantivis expressas accuratius designandas adhibeantur, articulo solo excepto, qui, quum per se sensu fere careat, nec nisi cum substantivo aliisve verbis, eius vice fungentibus, iunctus possit intelligi, hanc ipsam ob causam ab illa orationis parte separandus est seiungendusque. Adnumeranda autem adiectivis sunt non solum participia, quae adiectivam verborum constituunt formam, sed pronominum quoque maior pars, sicut etiam numeralia illa, quae, ordinem rerum quum indicent, ordinalia nominantur: quae enim omnibus his verbis exprimuntur notiones eiusmodi sunt, ut cum notionibus substantivis subiectis arctissime cohaerere, vel potius prorsus coalescere possint. Fuerunt quidem, qui adfirmarent contenderentque, adiectivis non nisi qualitates rebus inhaerentes, earumque naturam constituentes, significari posse, eaque de causa ipsa illa adiectiva ut rationi sanae repugnantia e linguis proscribenda esse exterminandaque, quibus notiones subiectae essent a loco temporeve desumtae, v. c. *hodiernus*, *hesternus*, vel Germanicum *hiesig*, *dortig*, etc. [1]): at enim illis non adversatur solum omnium linguarum usus, sed revera videtur etiam nihil quidquam excogitari posse reperirique, quo impediamur, quo minus notiones substantivis expressas accidentibus e tempore locoque pendentibus iisque nixis circumscribamus accuratius.

Participia in adiectivorum numerum referenda esse, iam alii viderunt, eorum tamen natura parum accurate explicata. Etenim Sanctius de hac re agens, »Participia, inquit [2]), non dicuntur, quod partem capiant a verbo, partem a nomine; sed quod a verbo partem ca-

---

1) Beiträge zur Kritik der Sprache, insbesondere der Deutschen, von Wilh. Mackensen. Wolfenb. 1794. p. 45 sqq. Sed cf. Beiträge zur weitern Ausbildung der Deutschen Sprache. Braunschw. 1795. Vol. I. P. 3. p. 63. Vol. II. P. 4. p. 104 et P. 8. p. 110.

2) Sanct. L. I. C. 15. p. 140 sqq. ed. Bauer.

piant, quum sint omnino adiectiva nomina et verbalia:« — quibus Perizonius haec subiungit: »Participium videtur esse nomen adiectivum, quippe quum genera, casus et gradus, seu omnia, quae nominibus adiectivis accidunt, habeat: verbo autem est particeps alicuius rei, seu partem quandam capit a verbo. At quam partem? Nullam profecto aliam, quam adsignificationem temporis: quam male illi videtur negare Sanctius. Miratur autem in Me Ursinus Sect. VI. *init.* quod *tam strenue hoc suum accidens participiis contra Sanctium asseruerim*, et tamen *incaute prorsus sequar illum in eo, quod participia sint nomina adiectiva.* Ipse vero *si nomina sine tempore, participia cum tempore significant, diversae ea sint naturae*, necesse putat. — Ipse Ursinus Sect. VI c. 3. quinque *accidentia* ab nominibus sumta, *casus, declinationem, genus, motionem* et *comparationem*, participio tribuit, et ab verbo solum *tempus.* Quid inde sequitur, nisi esse nomen, quod praeter *casus, declinationem* et *genus* habet etiam *motionem* et *comparationem*, ut habet nomen adiectivum; sed quod insuper unius rei est particeps verbo?«

Quantopere hi grammatici in participii natura indoleque definienda a vero aberraverint, vel inde adparet, quod linguarum permultae sunt, in quibus nec adiectiva nec participia per casus flectantur. Si vera eruere nobis propositum habemus, non nisi eorum significationem respiciamus necesse est: nec sane nos, hanc rationem sequutos, latere potest, participia ab adiectivis proprie sic dictis eo tantummodo differre, quod haec qualitatem aliquam vel substantiis omnino inhaerentem, vel saltem omni actione privatam, illa vero eiusmodi conditionem, quae cum efficacia aliqua coniuncta sit, vel inde pendeat atque profecta sit, designent. Huc spectant ea, quae Bauerus l. l. adfert, ubi, »Vera, inquit, notio est adiectivi, et philosophica, ut ostendat, *quale* sit substantivum, qualis homo vel res, cui addatur, in quo insit

illa notio et *adiectio*, unde et dicantur. — At vero a participiis qui differunt? Nempe *agentem* vel *perpetientem* haec signant, qui ita veniat in *partem* facti verbo notati et cum eo iunctus intelligatur aliquo modo, v. c. *quia* faciat, *quando* faciat, *dum* faciat vel perpetiatur. Nam, cum *epitheta* sunt nominibus, plane et manifeste abeunt in adiectiva, ut non modo iam de participio cogitet nemo, v. c. in *sapiente, providente*, etc. sed et forma participii mera induatur adiectivis, quasi a verbo ductis, quod non tamen exstet, v. c. *hastatus, togatus, literatus, cornutus*, etc. Sunt ergo tria illa in nominibus: *esse, tale esse, agere;* primum est substantivorum, naturam (*ein Wesen*) notantium; alterum adiectivorum, *quoad* sint adiectiva; tertium participiorum: quorum haec, ubi in adiectiva abeunt, ut *doctus, moderatus, sapiens, verbalia* tamen recte dicantur; etiam ubi careant notione verbi, a quo descendant, ut *argutus, acutus;* aut verbum non exstet, quod fingendum tamen sit, aut intelligendum, ut *sagatus, palliatus, usitatus, dentatus;* quin multo magis *infitiantia* et *tollentia, inoffensus, imperterritus*, alia: *negant* enim, adesse vel fieri, quod verbo notetur« [1]).

Qualitates adfirmavimus, accidentiaque, cuiuscunque sint generis, adiectivis designari; haud vero inde concludere debemus, omnia verba qualitatem designantia

---

1) Vid. quoque Bernhardi ll. supra ll. qui, „Die Attributiven, inquit, sind zweierlei Art. Einige ruhen in der Substanz, sind in ihr enthalten, aber bewegungslos, wie z. B. Farbe, Süsses u. s. w. und diese Art der Attributiven erhält den Namen der *Adjectiven*. Andere sind energisch, sind kräftig, würkend, sich bewegend, sei es innerhalb der Gränzen des Substantivs, oder aus ihnen nach einem Aeussern herausgehend; sie erhalten den Namen der *Participien*, und sie knüpfen sich ihrer Natur nach an die Zeit.“ cf. Hermes or a philosophical Inquiry concerning Universal Grammar, by James Harris. Lond. 1794. L. I. c. 10. p. 184 sqq.

huic orationis parti esse vindicanda; exstant enim substantiva quoque, ab ipsis adiectivis formata, qualitatis notionem quae exprimunt, a quibus illa adiectiva eo differunt, quod qualitatem non tamquam substantiam per se exstantem exhibent, sed eam aut nominant modo notantque, aut substantiae alicui inhaerere atque cum ipsa quasi coaluisse, vel loco, quem in verborum ordine occupant, vel terminatione, vel verbi alicuius auxilio declarant [1]).

At enim hic haud praetermittendus est error, quo plerique grammaticorum, qui vernaculae linguae leges explicaverunt, se abripi passi sunt, quosque viri doctrina excultissimi sequi non dubitaverunt. Adfirmant illi enim, adiectiva, terminatione, quam *e Concretionis* adpellant, vacua, etiamsi verbo substantivo iuncta sint, in adverbiorum numerum transire, atque ad hanc orationis partem referenda esse: at certe eis quo minus adsentiamur, et ceterarum linguarum ratio, et ipsae cogitandi obstant leges. Permulta quidem qualitatis, quae dicunt, adverbia forma, ut nunc res se habet, ab adiectivis non differunt, nec tamen ea de causa cum eis sunt confundenda. Adverbiis videlicet eiusmodi dictiones tum modo accensendae sunt, si notionis verbi alicuius accuratius constituendae munere funguntur; at si ullo modo substantivum respiciunt, atque ad id referri possunt, adiectivorum numero sunt comprehendendae. Iam vero quaeritur, cui orationis parti adsignandae sint, si cum verbo

---

1) „It is worth while to observe, how the same thing participating the same essence, assumes different grammatical forms from its different relations. For example, suppose it should be asked, how differ *honest*, *honestly* and *honesty*? The answer is, they are *in essence* the same, but they differ, in as much as *honest* is the attributive of a substantive, *honestly*, of a verb; and *honesty*, being divested of these its attributive relations, assumes the power of a substantive, so as to stand by itself." Harris l. l. L. I. c. 11. p. 203.

substantivo *esse* coniungantur? Omnes fere, quorum scripta inspeximus, grammatici adverbiorum loco illas tum habendas censent; ipseque cel. Hermannus, »Non debet, inquit [1]), hoc esse offensioni, quod in hisce atque aliis plurimis exemplis (*sol oriens est, ego vivens sum*), si Graeca Latinaque lingua exprimuntur, particulae loco nomen adiectivum occurrit. Id enim vitio istarum linguarum, non rei necessitate fit. Id quod clarissime e Germanica lingua cognoscitur, cuius in hac quidem re admirabilis veritas est atque simplicitas. Nos enim non nomen adiectivum iungimus (verbo) substantivo, sed adverbium, ut in his, *das Pferd ist gut, besser, am besten*, plane, ut rei natura postulat, simplici conditionis nota cum subiecto copulata. Quanto operosius Latini et Graeci, equus *bonus est, melior, optimus*, ὁ ἵππος ἀγαθός ἐςι, κρείσσων, βέλτιςος. Quo quid aliud significant, quam hoc, *equus est equus bonus, equus melior, equus optimus?*« — Quibus in sequentibus haec addit: »Supra diximus, Germanorum linguam saepe adverbiis uti, ubi Graeci Romanique nomina adiectiva usurpant. Hanc permutationem diversarum orationis partium patet e significationis affinitate nasci. Etenim nomina adiectiva eo tantum ab adverbiis differunt, quod praeter conditionis alicuius notationem simul rem aliquam, cuius ea conditio sit, indicant« [2]). Quae quidem posteriora a vero non prorsus abhorrere, confiteamur necesse est; illas vero dictiones cum verbo substantivo *esse* coniunctas, nisi alia quaedam huic verbo simul subiecta sit notio, adverbiorum naturam obtinere, id sane nullo modo concedere possumus. Etenim non adversatur solum ei rei omnium reliquarum linguarum analogia, eiusmodi enuntiationibus formandis non nisi adiectivum adhibentium; sed ipsae quoque, ut iam monuimus, cogi-

---

1) De emend. Rat. Gr. Gr. p. 128.
2) l. l. p. 150.

tandi cogitataque eloquendi leges adverbiorum usum in illis prorsus respuunt reiiciuntque. Nimirum in eius generis formulis adiectivum, quod praedicatum constituit, non notioni verbo *esse* subiectae accuratius definiendae inservit, sed subiectum ipsum respicit atque ad illud referendum est, id quod nos eiusmodi sententias propius inspicientes earumque naturam investigantes haudquaquam latebit. Quod si enim dicimus, *hic homo est prudens*, τὸ *prudens* qualitatem notat, *homini* inhaerentem, ideoque non nisi ad hoc enuntiationis subiectum referri potest [1]): eaque ipsa de causa in lingua Graeca Latinaque id, quod verbo *esse* additur, adiectivum cum antecedente substantivo in eodem casu poni solet, v. g. ὡς καὶ αὐτῶν καταγνωκότων ἤδη, μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσί, μήτε τῷ πεζῷ (Thuc. VII, 51.); καὶ οὐκ ἐνδώσομεν πρόφασιν οὐδενὶ κακῷ γενέσθαι (Thuc. II, 87.); quid vos miseram ac tenuem sectamini praedam, *quibus* iam licet esse *fortunatissimis* (Caes. B. G. VI, 33.); nescio, an satis fuerit *populo Romano*, Sicilia et Africa *contento* fuisse (Flor. V, 12.). Omnia igitur conspirant, ad nobis persuadendum, in Germanica quoque lingua verba, quae τῷ *esse* iuncta praedicati locum obtinent, non adverbiis, sed adiectivis

---

1) Idem adfirmat Harris, apud quem (L. I. c. 11. p. 192 sqq.) haec leguntur: When we say *Cicero and Pliny were both of them eloquent; Statius and Virgil both of them wrote,* in these instances the attributes *eloquent* and *wrote* are immediately referable to the substantives *Cicero, Virgil* etc. As therefore denoting the attributes of substances, we call them attributives of the first order. But when we say, *Pliny was moderately eloquent, but Cicero exceedingly eloquent; Statius wrote indifferently, but Virgil wrote admirably,* in these instances the attributives *moderately, exceedingly, indifferently, admirably,* are not referable to substantives, but to other attributives, that is to the words *eloquent* and *wrote.* As therefore denoting attributes of attributes, we call them attributives of the second order."

paret ex his enuntiationibus: *empfehlen Sie mich ihm stens; ich empfehle mich gehorsamst, verharre unterthänigst.* At vero usus loquendi haec superlativa respuis ea adhiberi iubet, quae ab adiectivis ipsis deducta nt, diciturque, *er ist der beste, der gehorsamste, der unterthänigste.* Verum enim vero obiiciat quis, alias superlativorum exstare formas ab illis adverbiis derivatas, quae cum verbo *esse* jungantur (v. c. *es ist am besten, ist am gehorsamsten, am unterthänigsten*), quasque vera adverbiorum vim obtinere inde adpareat, quod iis quoque verbis addantur, quae non nisi cum adverbis coniungi possint, e. g. *er schreibt am besten, er beträgt sich am gehorsamsten* etc. At enim dictiones illae *am besten, am gehorsamsten*, etc. circumlocutiones tantummodo sunt, quibus eae notiones exprimuntur, quae Latina lingua singulis verbis, iisque veris adverbiis, *optime, obedientissime*, notantur: easdem autem locutiones adiectivorum quoque vices sustinere, profecto non est quod miremur, quum, quemadmodum rerum ipsarum substantiarumve genera, ita quoque diversae orationis partes valde incertis a se invicem separentur seganturque finibus, hosque transgressae aliae aliarum sumant naturam atque inter se commisceantur.

Difficilis profecto explicatu hic se offert quaestio, in eiusmodi enuntiationibus, in quibus verbum substantivum *esse* cum adiectivo coniunctum praedicati locum obtinet, illud verbum sibi velit, quae eius vis sit, usus? Omnes grammatici, etiam sagacissimi, adfirmant, copulae vices id quidem sustinere, copulaeque nomine istud insigniunt. At enim si non nisi copus esset ad eius generis enuntiationes formandas, iunctiones copulativae eidem usui possent inservire. quum secus sit, alia, quam propter τὸ *esse* adhibes, investiganda videtur causa, quae, nisi nos omprescripsit im-

adnumeranda esse; neque id obstare potest, quod sine ulla terminationis mutatione adponuntur: adiectiva enim in lingua vernacula, quemadmodum etiamnum in Anglica, terminatione non mutata, vel potius τῷ *e*, quod vocant, concretionis adhuc neglecto, olim fuisse adhibita, ex iis, quae in sequentibus monenda erunt, adparebit.

Verum enim vero obiiciat quis, Latine quoque dici, *mihi male s. bene est;* et apud Ciceronem legi: *apud matrem recte est* [1]); — *Tironem graviter aegrum reliqui, sed nuntiant, melius esse* [2]); at certe haec ab illis, de quibus loquuti sumus, plane diversa esse, sponte patet: τὸ *esse* enim in his enuntiatis non suam propriam significationem habet, sed idem valet, quod τὸ *se habere.* Ac ne cum reliquis quidem verbis, praeter *esse*, in lingua Latina semper adverbium coniungitur, ubi ex doctrina eorum, qui grammatices Germanicae praecepta exposuerunt, non nisi illa orationis pars locum haberet. Id apparet v. c. e loco illo, apud Virgilium [3]) exstante, ubi haec leguntur;

Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

In his verbis nemo profecto τὸ *crepitans* cum adverbio aliquo eandem significationem referente commutari posse censebit, quandoquidem notio illi voci subiecta non ad saliendi actionem, sed ad ipsam grandinem spectat. Nec Moritzio, quamvis egregie et ingeniose de ea re disserenti, ut adsentiamur, adduci possumus, qui in hac sententia, in Gesneri Idyllio quodam obvia, *der Bach hatte wild des Eichbaum's Wurzeln von der Erde entblösst,* τὸ *wild* Adverbii loco habendum censet [4]). Cuius enim au-

1) Att. IV, 7.

2) Ibid. VI, 7.

3) Georg. I, 449.

4) Grammatisches Wörterbuch der Deutschen Sprache, von K. P. Moritz. Berlin 1793. Th. I. p. 47 sqq. cf. eiusdem Deutsche Sprachlehre in Briefen. Ed. sec. Berol. 1791. p. 44 sqq.

res non offenderentur, si quis latine diceret, *Torrens quercus radices rapide nudaverat terra*, pro, *dum rapide ferebatur:* hunc autem illius loci sensum esse, nec τὸ *wild* per *saeve* posse explicari, et ordo verborum docet, et, quae sequuntur (*solltest du Baum in dieses wilde Wasser stürzen*), nos non sinunt dubitare.. Quanta vero orationi additur vis eo, quod hac ratione sententiam totam una voce exprimere possumus! Adhibetur nimirum in lingua vernacula illa adiectivi forma, quam grammatici adverbiis adnumerandam censuere, verbo *esse* iuncta, ad sententiam nostram de re aliqua aperiendam, adfirmandumque, qualitatem sive conditionem adiectivo notatam subiecto alicui tribuendam esse. Quod si declaratum, et de re aliqua hac ratione adiectivi cum τῷ *esse* coniuncti ope aliquid enuntiatum est, quemadmodum in animo nostro qualitatis conditionisve notio cum subiecto, sic in sermone adiectivum cum substantivo terminationis mutatione additoque *e* Concretionis coalescit. Si quis dicit, *Homo ille aetate provectus est atque aegrotus*, duae adferuntur rationes eiusdem ponderis atque momenti, quibus aliorum miseratio commoveatur. Hominis senectus et valitudo adversa eadem vi urgentur, ut coniunctae eo fortius aliorum animos adficiant. Iam mutato ordine verborum si sententiam ita efferamus; *homo ille aetate provectus aegrotus est;* ratio exsistit plane diversa. Etenim non amplius senectus hominis tamquam conditionum altera urgetur, quas propter alii eius misereantur, sed tantummodo ut iam cognita, hominique inhaerens, eumque accuratius definiens, adiicitur, omnisque sententiae vis in valitudinem cadit adversam. Clarior etiam iis, quae diximus, adfundetur lux, si easdem sententias germanice efferimus: *der Mann ist alt und krank;* et, *der alte Mann ist krank*. In priore enuntiatione quam verba *alt* et *krank* coniunctim habent vim atque inter se communicant, ea in posteriore tota inest τῷ *krank;* notio vero verbo *alt* expressa, iam quidem

ad subiectum retracta, cum eo prorsus coalescit, nec nisi unam cum eo notionem constituit.

Rationem vero si quaerimus, qua adducti grammaticorum sagacissimi arbitrati sunt tradideruntque, adiectiva cum verbo *esse* ad praedicatum efficiendum iuncta in Germanica lingua ad adverbiorum numerum referenda esse, nulla alia videtur posse inveniri, quam quod longe maior adiectivorum pars sine ulla terminationis mutatione adverbiorum quoque munere fungitur, verbisque, ad eorum notionem accuratius, si opus sit, circumscribendam, additur. Sic germanice dicitur e. g. *der Mensch ist grausam*, et, *er hat ihn grausam behandelt;* at Latina lingua, *Homo est saevus*, et, *Multa saeve factitavit.* Exstat quidem in lingua vernacula terminatio *lich* [1]), qua adiuncta ex nonnullis adiectivis adverbia formata sunt, e. g. *Er ist weise; er hat sich weislich davon gemacht* (quod quidem adverbium profecto non tamquam adiectivum adhiberi, atque cum verbo *esse* coniungi potest, ita ut dicatur, *er ist weislich*): at vero longe maxima adiectivorum pars sine illius terminationis additione in adverbiorum numerum transiit.

Unum adhuc addamus necesse est, unde, nisi omnia nos fallunt, quam maxime adparet, illas dictiones, quas grammatici fere omnes in lingua Germanica adverbiis adnumerandas censuerunt, revera adiectiva esse. Quod si nimirum verba illa, quae τῷ *esse* addita adtributum constituunt, adverbia essent, haud vero adiectiva, illorum superlativa quoque, quae dicunt, cum verbo substantivo iungi posse necesse esset; et quemadmodum dicitur, *er ist gut, er ist gehorsam, er ist unterthänig,* sic quoque linguae natura indolesque permittere deberet, ut diceremus, *er ist bestens, gehorsamst, unterthänigst.* Haec enim esse adverbiorum illorum superlativa,

---

1) cf. Adelungs umständliches Lehrgebäude der Deutschen Sprache, Leipz. 1782. T. II. p. 51.

adparet ex his enuntiationibus: *empfehlen Sie mich ihm bestens; ich empfehle mich gehorsamst, verharre unterthänigst.* At vero usus loquendi haec superlativa respuens ea adhiberi iubet, quae ab adiectivis ipsis deducta sunt, diciturque, *er ist der beste, der gehorsamste, der unterthänigste.* Verum enim vero obiiciat quis, alias superlativorum exstare formas ab illis adverbiis derivatas, quae cum verbo *esse* jungantur (v. c. *es ist am besten, er ist am gehorsamsten, am unterthänigsten*), quasque re vera adverbiorum vim obtinere inde adpareat, quod aliis quoque verbis addantur, quae non nisi cum adverbiis coniungi possint, e. g. *er schreibt am besten, er beträgt sich am gehorsamsten* etc. At enim dictiones illae *am besten, am gehorsamsten*, etc. circumlocutiones tantummodo sunt, quibus eae notiones exprimuntur, quae in Latina lingua singulis verbis, iisque veris adverbiis, *optime, obedientissime*, notantur: easdem autem locutiones adiectivorum quoque vices sustinere, profecto non est, quod miremur, quum, quemadmodum rerum ipsarum substantiarumve genera, ita quoque diversae orationis partes valde incertis a se invicem separentur seiunganturque finibus, hosque transgressae aliae aliarum induant naturam atque inter se commisceantur.

Difficilis profecto explicatu hic se offert quaestio, quid in eiusmodi enuntiationibus, in quibus verbum substantivum *esse* cum adiectivo coniunctum praedicati locum obtinet, illud verbum sibi velit, quae eius vis sit, quis usus? Omnes grammatici, etiam sagacissimi, adfirmant, copulae vices id quidem sustinere, copulaeque inde nomine istud insigniunt. At enim si non nisi copula opus esset ad eius generis enuntiationes formandas, coniunctiones copulativae eidem usui possent inservire. Quod quum secus sit, alia, quam propter τὸ *esse* adhibeatur, investiganda videtur causa, quae, nisi nos omnia fallunt, in ipsis, quas natura nobis praescripsit imposuitque, cogitandi legibus quaerenda est.

Omnia nostra cogitata ad spatium tempusque quum referantur, haec quoque in omnibus nostris enuntiationibus respiciamus, prorsus necesse est. Spatii vero notio, quam animo informamus, in parvum quendam concluditur locum, atque admodum angustis circumscribitur terminis; at tempus infinitum quiddam est atque immensum, cuius nec initium, nec finem animo concipere possumus, quod fluminis instar assiduo motu labitur, cuiusque cursus nullo modo inhiberi potest sistique: in quo igitur quum omnia considerentur, quae praeterierint, et item quae instent in praesentia, et quae maxime fiant, et quae consequantur, in enuntiationum quaque id respiciamus, ipsiusque, vel potius actionis, indeque pendentis mutationis, qua illud omnino nititur contineturque, notam eis inseramus oportet. Quae sane omnia quum in verba caderent, verbum aliquod ad sententiam ponendam requirebatur, et in eiusmodi quidem enuntiationibus, in quibus priores praedicati partes adiectivo deferebantur, eius generis verbum, quod, actionis notione fere obliterata, mutationis modo temporisve, quae duo arctissimis inter se coniuncta sunt vinculis, vel, quam recentiores vocant philosophi, existentiae retineret exhiberetque notam. Quod vero verbum inveniri potest huic usui accommodatius, quam illud, cuiuscunque in diversis linguis sit originis, quod verbi substantivi nomine grammatici insigniverunt; quodque, addita temporis significatione, nil nisi rem aliquam exstare innuit? Ea autem, quae adposuimus, non omnino a vero aliena esse, inde praecipue videtur adparere, quod in omnibus linguis alia quoque verba, qua *τὸ esse*, adhibentur ratione, ita nimirum, ut actionis, quae ipsis subest, notione quasi obscurata, ea tantummodo illis exprimatur, quam verbo *esse* subiectam esse adfirmavimus. Huc pertinent in lingua Graeca verba sequentia: ἵςαται·

τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵςαται βοῆς;

Sophocl. Philoct. v. 1258.

καθιςάναι·

καὶ τάς τε πρόσθεν, τάς τε νῦν ἠλέγχομεν
πράξεις· ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίςατο.

Soph. Antig. v. 434 sq.

κεῖσθαι·

ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται.

Eur. Iphig. in Taur. v. 166.

φύειν·

οὕτω δὲ καί σοι τἄμ' ἀφανδάνοντ' ἔφυ.

Soph. Antig. v. 501.

ἔρχεσθαι·

οὔκουν πατρός γ' ἂν φονεὺς
ἦλθον.

Soph. Oed. R. v. 1354 sq.

ἥκειν·

ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιςος ἥκω.

Ibid. v. 1516.

κλῄζεσθαι·

ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κλῄζεται
οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος.

Ibid. v. 1448 sq.

Nec in Latina lingua huius permutationis desunt exempla, in qua vel τὸ *agere* verbi substantivi *esse* interdum obtinet locum, e. gr. In urbem non regressurum, haud forte dictum: ceterorum nescii *egere*, cum propinquo rure aut litore, et saepe moenia urbis adsidens, extremam senectutem compleverit. Tacit. Annal. IV, 58. — Eum Mucianus, pulsum loco, ne sine solatio *ageret*, annonae praefecit. Id. Histor. IV, 68. In lingua Anglica haec permutatio, quamquam etiam in illis enuntiationibus, in quibus adiectivum praedicati locum obtinet, obvia, praecipue tamen in formatione temporum passivae verborum formae conspicua est, e. g. If I should mention his name with your recommendation, after what you have said, he would perhaps never *get provided* for (Field. Amelia); Horatio, what a wounded name, things

standing thus *unknown*, shall live behind me (Shaksp. Hamlet); Why, but you are well enough; how *came* you thus *recovered?* (Ibid. Othello). Pray, how did you *get acquainted* with him? (Burn. Evelina. T. II.) My mistress will *ran distracted* with joy (Smoll. Rod. Rand. T. III.). Quid? quod in lingua Italica, ipsum verbum substantivum quibus caret, tempora participii passivi a verbo *stare* formati ope supplentur, v. c. *sono stato*, *ero stato*, etc. Verbum substantivum *esse* igitur non tamquam copula consideranda est, sed ut nota illius temporis, cuius terminis id, quod enuntiamus, contineatur circumscribaturque: eaque de causa, quum omnia nostra cogitata ad tempus referenda sint, nisi illa temporis pars, quam respicimus, ex adiunctis intelligatur, ad eiusmodi enuntiationes, in quibus alii verbo locus non est, formandas verbum illud prorsus requiritur [1]).

---

1) Haudquaquam igitur ubique in Graeca lingua e. g. verbi substantivi ellipsis locum habet, nimisque vage grammaticorum plerique de ea disputant, id tantummodo adserentes, nihil illa frequentius esse. „Inter verba Graeca, inquit Lamb. Bos (Ell. Gr. p. 608. Ed. Schaef.), nullum invenies, quod frequentius per ellipsin omittatur, quam τὸ εἶναι." Idem monet Hermannus Cel. ad Vigerum p. 870 sq. Ed. II. ubi haec leguntur: „Constat omnis enuntiatio ex tribus partibus, subiecto, de quo quid praedicatur: praedicato, i. e. eo, quod de subiecto enuntiatur; copula, qua illa ipsa praedicati cum subiecto coniunctio continetur. Potest autem facillime omnium copula omitti, quia, commemorato subiecto praedicatoque, illud, quo haec duo coniunguntur, sponte se offert. Unde nihil frequentius ellipsi verbi εἶναι: haec enim una est ubique copula." Iam vero ex iis, quae supra adposuimus, adparet, verbum εἶναι non nisi tum omitti posse, si ex adiunctis illud temporis momentum, quod respicimus, intelligitur, sive de tempore praesenti sermo est, seu infinite aliquid atque universe enuntiatur, id quod ipsa, quae grammatici adtulerunt, exempla fere omnia declarant, e. g. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Hom. Il. β. 204. καὶ οὐδὲ ἀπαυλισθῆναι τῆς πόλεως αὐτοῖς θέμις, supple ἐστίν. Dion.

Adiectiva igitur proprie adhibentur, ad res substantivis designatas, si opus sit, accuratius definiendas, vel etiam ad substantiis qualitatem conditionemve aliquam adtribuendam, quae, quum ipsis non semper inhaereat, substantivis eas notantibus haud comprehenditur. At vero substantivorum sive subiectorum locum quum totae interdum enuntiationes obtineant, adiectiva etiam ad has referri, atque cum ipsis ita coniungi posse, ut praedicati expleant partes, quis est, qui non videat? Sic dicitur e. g. *Vinci in amore turpissimum est. Virum bonum esse, semper est utile. Bellum est, sua vitia nosse.* Inde iam aliud in nonnullis linguis originem traxit genus constructionis: quod enim adiectivum ad totam aliquam referendum esset sententiam, id ad huius sententiae subiectum retrahitur, et ea quidem ratione, ut eius praedicatum notionis illo adiectivo expressae efficiat quasi complementum, quam constructionis rationem grammatici recentiores adtractionem nominaverunt. Huius constructionis exempla inprimis in lingua Graeca inveniuntur, e. g.

— ἐγὼ δ' ἐλεύθερος
δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.
Soph. Antig. v. 399 sq.

δῆλος δ' ἐμοί 'στι σκαιὸν ἐκλύσσων στόμα.
Id. Aj. v. 1212.

ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά.
Id. ibid. v. 1222.

— οἱ δ' (ἵπποι) ἀλεγεινοὶ
ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι, ἠδ' ὀχέεσθαι.
Hom. Il. κ, 402.

Halic. VIII, 354. πολλὴ δὲ οἰμωγὴ κατὰ τὴν πόλιν γυναικῶν τε καὶ παιδίων, ὧν ἐν ὄψει οἱ φίλτατοι ἀπώλοντο. Herod. Hist. VII, 9. 9. cf. Schaef. Melet. Crit. p. 42. **Quod si aliis quoque locis verbum substantivum omittitur, id scriptorum licentiae tribuendum, neque, legibus cogitata efferendi quum prorsus repugnet, imitandum est.**

ἡ δὲ (τάφρος) μάλ' ἀργαλέη περάαν.

Id. ibid. μ, 63.

Haud pauca tamen etiam in Anglica lingua, quoad constructionem Graecae indolem quam maxime referente, obvia sunt, e. g. By this he drew round him crowds of dependants, whom *he was sure* to disappoint (Vic. of Wakef. c. III.). Born with talents, which unfolded themselves slowly and *were late* in attaining maturity, he was accustomed to ponder every subject etc. (Robertson). He advised him, to foresee with equal certainty the greater evils *which were as sure*, as this, of overtaking him in his state of reprobacy (Field. Tom Jones V, 2.). Square was rejoiced to find *this adventure was likely* to have no worse conclusion (Ibid. V, 5.). *I was so long* in getting from under my barber's hands, that it was too late to think of going with my letter to Madam R. (Yorick's Sentiment. Journey).

VII.

DE

TEMPORIBUS VERBI,

INPRIMIS LATINI, COMMENTATIO.

MDCCCXVI.

Proponuntur haec a me, non ut pro arbitrio quidquam pronuntiem, verum ut alii habeant, de quo amplius quaerant, num quid firmiter satis constitui possit. Heyne in Observ. ad Hom. Carm. T. VII. p. 423.

Grammaticae philosophicae praecepta hisce commentationibus pertractare atque exponere quum instituimus,

iam quidem, si ordinem rerum, de quibus illa agit, tenere vellemus religioseque sequi, nonnulla ad adiectivorum naturam usumque adhuc spectantia nobis in medio essent proponenda: at vero haec quum sint minoris momenti, nec igitur harum rerum studiosos magnopere alliciant delectentque, in aliud tempus eorum expositione dilata his plagulis temporum verbi doctrinam, inprimis quod ad sermonem Latinum adtinet, explicare conabimur, qua profecto haud scimus, an ulla Grammaticorum ingenia magis exercuerit. Diversissima sane atque a se invicem quam maxime dissidentia sunt illa, quae grammatici de temporum ratione tradiderunt, operaeque pretium foret, ista omnia colligere atque uni obiicere obtutui, ut eo facilius adpareret, quid de iis esset statuendum, num esset, qui illam doctrinam pertractans vera adtulerit, an vero nonnulla eam spectantia tenebris etiamnum abscondita lateant, eumque desiderent, qui has luce admota dispellat. Verum enim vero hoc quum nimis longum esset, harumque plagularum modum ne excederet, verendum, nunc quidem illis omissis rationem, quam nos ipsi in temporibus verbi describendis sequendam putavimus, exponemus, eis modo breviter praemissis, quae *Dissenius* V. cl. sagaciter de illis investigavit tradiditque, quum ipsius commentatio [1]) in admodum paucorum manus venisse videatur.

Primum igitur V. cl. monet, tria diversa temporum genera in linguis requiri, praeteritum, praesens atque futurum. Quod si iam indicare vellemus, rem aliquam tempore e. g. praeterito gestam, vel simpliciter significari, illam tempore praeterito factam, ita ut temporis momentum non accuratius significaretur, — quam quidem in rem aoristis uti soleremus, — vel alius rei eodem temporis momento factae mentione iniecta, quo prior gesta esset, tempus accuratius definiri, eamque ad

---

1) De Temporibus et Modis Verbi Graeci. Goett. 1808.

rem quae adhiberentur tempora, illa quidem esse relativa. Atque de his primum disputat.

Potest autem, *Dissenio* auctore, quaeque res, sive praesens sit, sive praeterita, sive futura, triplici modo considerari. Aut enim cogites eam licet

1) cum maxime fieri, aut
2) absolutam exstare, aut
3) esse in eo, ut fiat.

Hinc igitur hanc docet temporum relativorum fieri posse partitionem:

Praesens	*Praeteritum*	*Futurum*
pr. imperf. scribo	*praet. imp.* scribebam	*f. imp.* scribam
pr. pf. scripsi	*pr. pf.* scripseram	*f. pf.* scripsero
pr. fut. scripturus sum	*p. fut.* scripturus eram	*f. f.* scripturus ero.

Illa vero tempora, quae praesens tempus spectent idque contingant, recte, ait, relativa nominari, quia, quod ponant, in eo ipso tempore ponant, quo cogitemus; quique contenderet, ea sine istius momenti cogitatione recte posse intelligi, eum illa vi sua privare, et aoristos facere. Eandem deinde ostendit praeteritorum quoque et futurorum temporum esse rationem, eaque igitur relativis temporibus omnino esse adnumeranda.

His fusius explicatis, nonnullisque, quae eodem pertinent, ad rationem suam tuendam, adpositis, »Adiunxerat, inquit, Hermannus tria alia tempora,

1) *futurum plusquamperfecti*, scripturus fueram;
2) *futurum perfecti*, scripturus fui;
3) *futurum futuri exacti*, scripturus fuero:

quibus nunc adiiciam

1) *perfectum perfecti*, hortatus fui,
2) *perfectum plusquamperfecti*, hortatus fueram, et
3) *perfectum futuri*, hortatus fuero.«

Iam quidem *Dissenius* haec duo adponit systemata:

1)	hortans sum	hortans eram	hortans ero
	hortatus sum	hortatus eram	hortatus ero
	hortaturus sum	hortaturus eram	hortaturus ero.
2)	hortans fui	hortans fueram	hortans fuero
	hortatus fui	hortatus fueram	hortatus fuero
	hortaturus fui	hortaturus fueram	hortaturus fuero.

Haec vero systemata quum nonnulla tempora inter se habeant communia, quia *hortans fui*, *hortans fueram*, *hortans fuero* idem significent, quod *hortatus sum*, *hortatus eram*, *hortatus ero*, et quia praeterea *hortans sum*, *hortans eram* et *hortans ero* idem valeant, quod *hortor*, *hortabar* et *hortabor*, his sepositis atque omissis reliqua sex tempora priori systemati ita inserit:

hortor	hortabar	hortabor
hortatus sum	hortatus eram	hortatus ero
hortatus fui	*hortatus fueram*	*hortatus fuero*
hortaturus sum	hortaturus eram	hortaturus ero
hortaturus fui	*hortaturus fueram*	*hortaturus fuero.*

Perfectum autem perfecti, *hortatus fui* (πεπαυμένος τετύχηκα), ita contendit differre a perfecto, *hortatus sum* (πέπαυμαι), ut, quam rem hoc ut imperfectam ponat in praesente, eandem illud in eodem tempore collocet ut absolutam; similemque quum statuit inter *hortaturus sum* et *hortaturus fui* intercedere differentiam, id probaturus, »Si quis, inquit, e. g. in eo est, ut legat, *lecturus est;* sin vero ab accedente quodam abstractus fuerit a legendi consilio, recte dicitur, *lecturus fuisse.*« Nunc quoque patere, adfirmat, quare haec tempora inter praesentia referenda sint. Qui enim dicat, *lecturus fui*, eum proprie significare, finitam esse priorem conditionem, quum in eo esset, ut legeret, sed ita finitam, ut iam illud, finitam eam esse, praesens sit, animo priora nolente. Idem denique contendit *Dissenius* de perfecto ac futuro plusquamperfecti, sicut de perfecto futuri exacti et de futuro futuri exacti facile demonstrari posse.

His expositis aoristorum mentio iniicitur, quos docet illud temporis momentum, quo, quod factum esse significent, factum sit, prorsus relinquere incertum, simul monens, non solum praeteriti temporis inveniri aoristos, sed praesentis etiam futurique.

Quae quidem omnia quamvis V. cl. maxima cum sagacitate explicaverit, id tamen ipsum nobis minus probavisse ingenue fatemur, quod, sicut omnes, quos nos quidem inspeximus, grammatici in temporum generibus investigandis actionem statim effectumque inde pendentem respexit, haecque cum illis coniunxit commiscuitque. Inde sane factum est, ut quaedam sibi invicem contraria atque repugnantia adponeret traderetque. Huc pertinent e. g. ea, quae de *hortatus fui* adseruit, quam formam adfirmat a perfecto *hortatus sum* eo differre, quod, quam rem hoc ut imperfectam ponat in praesente, eandem illud in eodem tempore collocet ut absolutam [1]), quamquam paulo ante [2]) perfectum contenderat agere de re, quae peracta exstet, sive diu ante, sive nunc demum coeperit peracta exstare. Ut, quae nobis videntur, aperte fateamur, in temporum doctrina explicanda, etiamsi verbum actionem significans in auxilium vocandum censeamus, haud tamen ad ea, quae deponentia nominantur, nobis ex nostra quidem sententia confugiendum est: horum enim verborum aeque ac passivorum perfecta, e. g. *captus sum, admonitus sum,* non sua propria vi atque significatione, sed usu tantummodo atque consuetudine perfectorum locum obtinere eorumque munere fungi videntur. »Quum in his verborum formulis (hortans fui, hortans fueram, hortans fuero) inquit quidem *Dissenius* V. cl. [3]), copula et praedicatum vim habeant in temporis significatione constituenda, ad sensum

1) Comment. p. 15.
2) ibid. p. 6.
3) ibid. p. 14.

nihil interest, utrum vim perfecti huic addas, an illi. Quare si quis vult actum absolutum, qualis tempore perfecto exprimi solet, indicare, aut copula aut praedicato rem significare licet, ut *hortans fui* et *hortatus sum*, quamquam hoc est aptius.« At vero concederemusne, *moriens fui* et *ingrediens fui* idem valere, quod *mortuus sum, ingressus sum?* [1]) quumque deponentium perfecta ad perfectorum passivi similitudinem formata sint, qua ratione, quaeso, id explicari potest, quod, quae in Latina lingua perfecti significationem habet loquendi formula, eadem in aliis praesens tempus designat, e. g. *admonitus sum* et *I am admonished?*

Si ea vera sunt, quae *Dissenius* de participiorum vi atque significatione ex nostra quidem sententia eorum naturae quam maxime convenienter monuit, illa ne per se quidem, nisique usus id iubeat, ullum ad nova tempora constituenda habent momentum. »Illud, inquit nimirum V. cl. [2]) pro certo ponamus, infinitivos et participia non esse relativa; quin ne temporum quidem accuratior notatio in iis reprehenditur, nec γράφων est *nunc* scribens, sed scribens simpliciter, quare dicimus *scribens sedeo, sedi, sedebo.* [3]) Idem valet de participio γεγραφὼς et γράψων. Adparet hinc, quare nec imperfectum praeteritum participii adsit, nec plusquamperfectum. Γράφων simpliciter notat conditionem imperfectam, γεγραφὼς perfectam, quae in praesenti tempore et in praeterito collocari potest; atque etiam in futuro. Quare quum γράφων et γεγραφὼς careant temporis praesentis notatione, quae inest in γράφω et γέγραφα, relationem quoque, quam inesse puto in illis, exuere potuerunt.« — Aliunde igitur eorum quidem tem-

---

1) v. quae in sequentibus de hac re erunt monenda.

2) Comment. p. 22.

3) vid. quoque Grammat. N. Anglicana, Brunsvig. 1802. §. 307. (iam quidem Gram. novae, Brunsvig. 1827, §. 422 sqq.)

porum, de quibus hic sermo est, notionem participiis accedere necesse est; eamque ex verbis, quibuscum coniuncta sunt, pendere, res ipsa docet. Temporum ergo genera accuratius descripturi, nec participia, in quibus, ut in sequentibus pluribus demonstratum dabimus, nulla temporis inest notatio, nec, quam usus consuetudoque in linguas induxerunt, eorum notandorum rationem respicere, sed tempus ipsum per se nullaque alia notione adiuncta considerare, atque ita ipsius momenta in sermone designanda investigare debemus.

Cum temporis notione notio actionis effectusque inde pendentis arctissime cohaeret atque quam maxime coniuncta est: hanc igitur necesse est ab illa ut separemus seiungamusque. At vero quum semel adsuefacti simus, notiones, quas in animo informamus, certis subiicere notis, atque has, tamquam involucra, eis addere, iam investigemus oportet, num verbum exstet, quod vel terminationis vel ipsius formae mutatione, quam coniugationem vocant, diversa illa temporis momenta, quae nobis significanda sunt, nulla alia notione admixta, exprimat. Sed non est, quod illud multum circumspiciamus: illa ipsa vox, quae vulgo verbum substantivum adpellari, vel copulae nomine insigniri solet, quas quaerimus diversorum temporum notas nobis exhibet. Eos profecto a vero prorsus aberrare, qui verbum illud copulae vicem obire adfirmant, iam alio loco ostendere sumus conati: haud enim copulat notiones verbaque, enuntiationem quae constituunt; sed quia nullam sententiam sine temporis, sive expressi, sive intellecti, accessione in animo effingere possumus atque enuntiare, eius notionem, ubi opus est, illis addendi munere fungitur [1]).

---

1) Eius locum alia quoque verba subire posse quum monuimus, illis exemplis, quibus hoc comprobavimus, duo iam addere possumus ex Horatio petita, apud quem haec leguntur:

Iam vero tempus, ut *Dissenius* quoque post alios monuit, nobis tamquam linea adparet, in qua media ipsi simus, et quae inde ab eo ipso puncto, in quo versamur cogitantes, utrobique in infinitum procedat. Quae vero huius lineae pars illud punctum praecedit, ut praeteritum, quae sequitur, ut futurum, illud punctum autem ipsum ut praesens tempus possumus cogitare, modo id teneamus, puncti huius loco partem quoque lineae, intra cuius fines ipsum exstet, praesentis temporis imaginem exhibere, vel eius vicem sustinere posse.

Tria igitur primum nobis notanda sunt tempora, praesens videlicet, praeteritum s. perfectum atque futurum, quae sane optimo iure relativa vocari possunt, quia eorum nullum sine duorum reliquorum altero saltem cogitari potest. Nec hoc quemquam latebit, illa tempora quam arctissime inter se esse coniuncta: tempus enim praesens quemadmodum finem praeteriti constituit, ita ipsum futuro terminatur. His autem temporibus designandis verbi substantivi quae inserviunt formae, hae sunt: *fui* — *sum* — *ero*.

At enim temporis praeteriti aeque ac futuri eiusmodi quoque in animo informare possumus notionem, ut ea a tempore praesenti prorsus separata cogitatione fingamus atque seiuncta: quarum quidem notionum eam modo, quae ad tempus praeteritum pertinet, peculiari forma designamus, ea scilicet, cui imperfecti nomen impositum est; illam contra, quae futuro tempore continetur, quo hoc in universum notatur, comprehendimus forma [1]).

„Quid refert, uri, virgis ferroque necari Auctoratus *eas*, an turpi clausus in arca — Contractum genibus tangas caput? (Sat. II, 7, 58 sqq.) et „Vides, ut alta *stet* nive candidum Soracte“; (Od. I, 9, 1.) ubi *eas* et *stet*, illud quidem per *sis*, hoc vero per *sit* explicandum est.

1) His temporibus si actionis passionisve notione adiuncta utimur, aliam fere rem eodem tempore exstantem respicimus.

Verum enim vero illud quoque temporis spatium, quod tempus imperfecti forma designatum praecedit, animo comprehendi potest atque per se notari, non secus ac illud, quod inter tempus praesens futurique aliquod momentum ab eo distans intercedit, quorum alterum plusquamperfecto (fueram), alterum futuro exacto (fuero) significatur.

Quae omnia si recte exposita sunt, neque a vero aberrant, diversorum inprimis in lingua Latina notatorum temporum genera possumus statuere haec:

Plusquamp. Imperf. Perfect. Praesens Futur. exact. Futur.
quae quidem his verbi substantivi designantur formis:
fueram eram fui sum fuero ero.

Harum formarum nonnullis alias quoque significationes esse subiectas, et in quibusdam linguis aoristos etiam inveniri, nihil ad nos adtinet: temporumque ratione ita explicata ad actiones indeque pendentes effectus, quibus significandis verba inserviunt, transire, accuratiusque de iis agere possumus.

Actionum nonnullae quidem ita comparatae sunt, ut in obiectum aliud haud habeant vim, nihilque igitur extra se producant, sed, ut Perizonii [1]) verbis utamur, ab et in uno eodemque subiecto fiant et absolvantur; quae ergo nullum requirant patientem, et proinde permanentes in agente concipi debeant: aliarum vero ratio ita se habet, ut in obiectum suum vel effectum tendant, in quibus igitur alterum esse, quod agat, alterum, quod patiatur, prorsus necesse est. Iam vero agens seu actionis subiectum triplici modo considerari potest; aut enim cogites id licet paratum atque accinctum ad vires suas exserendas [2]), aut eas quum maxime exserere at-

---

1) ad Sanctii Minerv. L. III, c. 2. p. 362 ed. Bauer.

2) Reprehenditur quidem haec loquendi formula, (et procul dubio recte, quamquam sunt, qui eam defendi posse credant loco Plinii (Epist. VII, 7.), ubi ille, „Sumam tamen, in-

que in agendo esse occupatum, aut actionem iam perduxisse ad finem absolvisseque. Eadem ratio cadit in eam, quae patitur, rem, sive in actionis obiectum, quod quidem aut agentis efficientiae quum maxime obnoxium, aut ea mutandum aut iam mutatum esse, fingere possumus cogitatione. Idem quoque in effectum cadere, qui obiecti locum interdum obtinet, sponte patet.

Diversae hae agentis patientisque conditiones triplici quoque modo possunt efferri: aut enim conditio per se spectata ponitur, cui rei infinitivus inservit: aut refertur illa ad rem aliquam agentem patientemve, quod participiis fit; aut tandem temporis quoque additur notio, quo quidem verbum finitum constituitur. At enim nonne a vero prorsus aberramus, adfirmantes, infinitivo participiisque tempus haud definiri, illaque eius notatione carere? Nonne diversae infinitivi formae participiaque apud Graecos e. g. aeque ac apud Latinos singula proprium habent tempus, quod designent? Acriter de hac re disputarunt grammatici, longeque maior eorum numerus contra nititur contenditque, temporis notionem et infinitivis et participiis esse adiunctam. Priscianus ipse, „Infinitivus modus, inquit [1]), quoque coniuncta habet tempora, quomodo optativus, praesens et praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum et plusquamperfectum, quomodo apud Graecos. Cum dicimus enim, legere, imperfectam rem significamus, quae vel ad praesens, vel ad praeteritum imperfectum adtinet. Cum verbo, legisse, perfectam, quae sua est tam praeteriti perfecti, quam plusquamperfecti.« Participio autem adfirmat [2]) accidere sex, genus, casus, *tempus*, significa-

---

quit, personam magistri, *exseramque in librum tuum ius*, quod dedisti), — at enim vero quum Perizonius illa usus sit, videbatur hoc loco retinenda.

1) ap. Putsch. p. 808.

2) l. c. p. 917.

tionem, numerum et figuram; ac de temporibus quum agit, »Tempora, inquit [1]), participiis accidunt eadem, quae et verbis infinitis, id est praesens, quod est etiam praeteritum imperfectum, ut osculari et osculans, praeteritum perfectum, quod est etiam praeteritum plusquamperfectum, ut osculatum esse et fuisse, et osculatus: futurum, osculatum iri et osculaturus.« Sanctio longe secus videtur. Is nimirum, »Infinitum, inquit [2]), verbum est, quod personas, modos et tempora non finit, (sive quod personis, numeris et temporibus non definitur; aut quod certam et definitam personam, certum numerum et certum tempus non habet), ut *amare*, amavisse. — Consentio Romano hanc pulchram doctrinam me fateor debere, qui, *Qualitas*, inquit, *verborum aut finita est, aut infinita: finita est, quae notat certam personam, certum numerum, certum tempus, ut*, lego, scribo. *Infinita est, in qua haec universa confusa, ut*, legere: *legere enim et ego, et tu, et ille potest; item legere et unus, et plures dicuntur; item legere etiam possum hodie, et heri potui, et cras potero. Quoniam ergo haec neque personam, neque numerum, neque certum tempus definiunt, et ubique natura simplici eodem modo respondent, infinita dicuntur.*« Haec Sanctius, qui singula quoque participia omnia tempora significare, sive, ut ipse loquitur, omnium temporum esse posse, pluribus conatus est demonstrare [3]). Multus est in eo refellendo Perizonius, qui, »Cum *temporum* respectu, inquit [4]), verba infinita in varias discreta sint terminationes, nulla est satis iusta causa, infinitis negandi *temporum* discrimen. — Fateor equidem, aliquanto magis promiscuum videri et confusum apud auctores in infinito earum terminatio-

1) l. c. p. 924.
2) Sanct. Minerv. T. I. p. 126. ed. Bauer.
3) L. I. c. 15. p. 140 sqq. ed. Bauer.
4) l. c. p. 127.

num, quibus tempora distingui solent, usum. Sed ratio est, quia saepe infinitum, non tamquam verbum, sed tamquam nomen verbale usurpatur a scriptoribus, sine ullo respectu temporis cuiuscunque, maxime in locutionibus, ubi nulla potest esse ambiguitas, nec ulla temporis ratio habetur aut requiritur. Quod eodem modo se habet in participiis, quibus tamen omnes fere tribuunt temporis adsignificationem sive distinctionem in varia tempora. At vero ubi iam diversa tempora per infinitum in una periodo exprimi necesse est, illa quoque per varias infiniti terminationes, aeque ac finiti, veteres diligenter distinxere.« Ita quidem Sanctii sententiam oppugnat Perizonius, cui omnes fere recentiores grammatici adstipulantur [1]). Res, hac quidem ratione, ut vide-

1) „The nature of verbs being understood, that of participles is no way difficult. Every complete verb is expressive of an *attribute*, of *time*, and of an *assertion*. Now if we take away the *assertion*, and thus destroy the *verb*, there will remain the *attribute* and the *time*, which make the essence of a participle. Thus take away the assertion from the verb γράφει, *writes*, and there remains the participle γράφων, *writing*, which (without the *assertion*) denotes *the same attribute*, and *the same time*. After the same manner, *by withdrawing the assertion*, we discover γράψας in ἔγραψε, and γράψων in γράψει.“ *Hermes or a philosoph. Inquiry concerning universal Grammar* by *J. Harris*. Lond. 1794. L. I. C. 10. p. 184. „Es gibt noch einen andern Modus des Verbi, welcher es dem Adiective ähnlich macht. Man nennt ihn *Particip*. In demselben drückt das Verbum das Subiect, aber dieses auf eine unbestimmte und verbundene Art, und zu gleicher Zeit seine Existenz in Bezug auf ein bestimmtes oder unbestimmtes Attribut aus. Da also dieses Particip des Verbum die Existenz ausdrückt, so kann es in dieser Rücksicht verschiedene Tempora haben.“ — *A. J. Silvestre de Sacy's Grundsätze der allgemeinen Sprachlehre, übersetzt von J. S. Vater*. 1804. p. 217. — „Den Begriff des Verbi können wir auch als eine Eigenschaft und also als ein Adiectivum, doch mit Bestimmung

nis ad id temporis punctum, quo cogitamus, definiendae causa diversa verborum tempora formata sunt atque constituta.

Zeitraum so gross annehmen, als man will. a) Der Anfangspunct einer Handlung kommt zuerst in Betrachtung *(vel potius conditio eius, qui agendi consilium cepit)*, und er wird durch das sogenannte Participium Futuri ausgedrückt. Man lasse sich aber durch diesen Namen keineswegs irre machen, und glaube etwa, dass der Anfangspunct einer Handlung nothwendig in die Zukunft fallen müsse, und suche sich dieses durch folgendes Beispiel deutlich zu machen. Gesetzt es will jemand einen Weg von dreissig, oder hundert, oder tausend Schritten gehen, so ist das ganze Gehen eine einzige Handlung, und die ganze verfliessende Zeit wird durch die Einerleiheit der Handlung zu Einer, zu Einem Zeitraume. Der unmittelbar vor dem Antreten des Weges liegende Zeitpunct, die Gränze; die Zeit, welche zwischen dem Niedersetzen des zum Fortschreiten aufgehobenen Fusses verfliesst, diese sind der Anfangspunct der Handlung, und diese drückt das Participium futuri aus. Ein solcher Mann wäre ein *Iturus*. *(Non ad ipsam actionem eiusque initium, sed ad conditionem illius, qui iturus est, vel eundi consilium cepit, hoc participium referendum esse, ex iis adparet, quae supra explicavimus).* Freilich dehnt diesen Punct die Sprache wieder zum Zeitraum, und wenn z. B. jener um sechs Uhr auswandern wollte, so könnte er um fünf sagen: *iturus*; desgleichen um halb sechs, um sechs, ja vielleicht noch um sieben. Allein deutlich wird doch, dass in *iturus* keine Zukunft liegt: denn den eben genannten Zeitraum kann er nach einem Jahre noch mit *iturus* bezeichnen, und wenn er nach sechs Jahren wieder eintritt, ihn ebenfalls schon jetzt mit *iturus* darstellen. Der Endpunct einer Handlung ist das Zweite, was in Betrachtung kömmt, und er wird durch das sogenannte Participium Praeteriti, oder Perfecti angedeutet. Hier muss man ebenfalls nicht glauben, dass hierdurch eine Vergangenheit sollte aufgestellet werden: es ist wie mit dem Anfangspuncte. Mit dem letzten Schritte des Weges, dessen Länge ganz unbestimmt ist, tritt das Participium Perfecti ein; doch dehnt auch diesen Endpunct die Sprache zu einem Zeitraum. — Alle zwischen dem Endpuncte und Anfangspuncte einer Handlung

Infinitivo, quem tamquam substantivam verbi formam considerare possumus, iam quidem omisso, ad participia statim accedamus, unde, nota temporis eis adiuncta, verbum finitum originem traxisse, optimo iure statuere possumus. Ex eis, quae disputavimus, sex in quacunque lingua exstare deberent participia, tria videlicet activae, tria vero passivae significationis. Haec Graeca lingua nobis quoque exhibet, e. g. φιλήσων, φιλῶν, πεφιληκώς, φιληθησόμενος, φιλεόμενος, πεφιλημένος. In Latina autem lingua quatuor tantummodo participia sunt, *scribens*, *scripturus*, *scriptus*, *scribendus*, quibus, si ad deponentia confugimus, participium, quod vocant, praeteriti activi, i. e. actionis absolutae finitaeque, e. g. *hortatus*, *ingressus*, *imitatus*, addi potest[1]).

---

liegenden Puncte stehen in gleicher Dignität, und werden für einen gerechnet, oder vielmehr, jeder wird als Mittelpunct angesehen, und durch das Participium Praesentis ausgedrückt. Man denke also auch hier nicht an eine Gegenwart. Der, welcher einen Weg von tausend Schritten zu machen hätte, kann, wenn er es erzählt, beim Zweiten sowohl als beim 999 von sich *iens* sagen. — Die Participia also auf die Zeit bezogen, drücken die reinen Puncte einer durch die Zeit ausgedehnten Handlung, eines Zeitraumes aus, deren nur drei seyn können: Anfangspunct, Mittelpunct, Endpunct, welche durch das Participium Futuri, Praesentis und Praeteriti bezeichnet werden." (Haud ita, sed conditionem designant participia illa eius, qui vel agere constituit, vel cum maxime agit, vel actionem absolvit.)

1) In recentioribus linguis, in quibus duo tantummodo inveniuntur participia simplicia, illud, quod passivam significationem habet, non tam rem absolutam significare videtur, quam conditionem continuatam atque permanentem (quod in nonnullis saltem Latinorum quoque participiorum perf. pass. locum habere ex iis adparet, quae Perizonius ad Sanct. Min. T. I. p. 158 sqq. ed. Bauer disputavit); qua de causa quum propriis formis verbi passivi ad diversa temporum momenta designanda illae linguae careant, hoc ipsum participium cum verbi substantivi praesente iunctum praesentis passivi locum obtinet e. g. *I am loved*, *je*

Illo igitur Latina lingua caret participio, quod conditionem rei quum maxime perpetientis significet: cuius qui-

---

suis aimé, Io sono amato; Germanica vero lingua dicitur, *ich werde geliebt.* Rem exstare absolutam finitamque si indicare volumus, tempora praeterita verbi substantivi participio illi adiicienda sunt, et Germanica lingua dicendum, *das Buch ist gebunden worden,* quod haudquaquam idem est ac *das Buch ist gebunden.* Inde vero in Anglica lingua ambiguitas saepe exoritur, cuius evitandae causa Angli verborum structuram adhibuerunt, quam *Lowthius* profecto non censuisset reprehendendam reiiciendamque, si linguae Anglicae naturam atque indolem penitus habuisset perspectam. Quod si enim Angli dicunt, *the book is bound, the letter is written,* tantum abest, ut his verbis significetur, librum quum maxime compingi, literas scribi, ut contra libros iam compactos literasque scriptas exstare designent. Prius igitur indicaturi Angli ad participium activae significationis confugiunt, dicuntque, *the book is binding, the letter is writing.* Nec profecto est, quod miremur, participio activi hac ratione significationem passivam esse subiectam, quum participio passivi quoque contigit, ut in formandis praeteritis recentiorum linguarum activa significatione adhiberetur, e. g. *I have loved, ich habe geschrieben.* Quae loquendi formula qua ratione explicanda sit, Latina nos, nisi prorsus fallimur, docet lingua, in qua etiam interdum praeteritum tempus eadem exprimitur ratione, e. g. *Mihi videor habere bene cognitam voluptatem et satis firme conceptam animo atque comprehensam.* Cic. de Fin. II, 216. — *Ich habe einen Brief geschrieben,* igitur proprie significat, *literas habeo scriptas.* In lingua Anglica tamen, id quod nullus grammaticorum adhuc observavit, multum refert, quem locum illud participium occupet. Namque activam significationem in eiusmodi verborum structura tum modo habet, quum accusativum praecedit; at si hunc sequitur, passivam retinet significationem, e. g. In the morning, when Tom attended the reverend Mr. Thwackum, *he had the same questions put* to him by that gentleman, which he had been asked the evening before. *(Fielding).* Astyanax was the son of Hector and Andromache. When Troy was taken, this young prince *had his head cut off,* and *his body thrown* to swine. *(Swift)*

dem in locum si e lingua Graeca participium, quod vocant, praesentis passivi substituimus, diversas, quas descripsimus, et agentis et perpetientis rei conditiones temporum in Latina lingua designatorum notis adponentes, quam Latini in illis coniunctim significandis sequuti sunt, accurate cognoscere possumus rationem. Exsistit inde nimirum hoc systema:

fueram	scripturus	scribens	ingressus
eram	—	—	—
fui	—	—	—
sum	—	—	—
fuero	—	—	—
ero	—	—	—
fueram	scribendus	γραφόμενος	scriptus.
eram	—	—	—
fui	—	—	—
sum	—	—	—
fuero	—	—	—
ero	—	—	—

Harum vero formularum quum nonnullae sint, quarum locum propriae formae occupaverint, systema illud, his insertis, sic se habet:

— — Hie thee hither,
That I may pour my spirits in thine ear;
And chastise with the valour of my tongue
All that impedes thee from the golden round,
Which fate and metaphysical aid doth seem
To have thee crown'd withal. —
(Shakspeare. Macbeth.)

Ad quem locum Malonius quidem monuit, magnum intercedere discrimen inter *to have thee crowned* et *to have crowned thee*; id vero illustrare definireque omisit. — Sunt, qui adfirment, participium passivi in Germanica lingua proprie significationem activam habere; hi vero vehementer errant: id enim in nonnullis verbis intransitivis tantummodo locum habet, e. g. *blühen*, *geblühet*; *reisen*, *gereist*; *leben*, *gelebt*.

fueram	scripturus	(scripseram)	ingressus
eram	—	(scribebam)	—
fui	—	(scripsi)	—
sum	—	(scribo)	—
fuero	—	(scripsero)	—
ero	—	(scribam)	—
fueram	scribendus	γραφόμενος	scriptus.
eram	—	(scribebar)	—
fui	—	γραφόμενος	—
sum	—	(scribor)	—
fuero	—	γραφόμενος	—
ero	—	(scribar)	—

Cum quacunque igitur diversorum temporum nota participia seu illae voces coniungi possunt, quae diversas agentis perpetientisve rei conditiones designant. Haud vero credere debemus, nova inde oriri tempora; horum enim numerus illis, quos supra descripsimus, terminis ita inclusus esse videtur, ut extra eos egredi non possit: nihilque aliud eiusmodi verborum formulis indicatur, quam tempore nota, quae participio addita est, designato agentis perpetientisve conditionem talem fuisse, qualem participium significat. *Scripturus sum* igitur idem est, quod *scribendi consilium cepi* [1]). Nec hoc quemquam fugiet, proprias temporum formas in locum earum fere formularum in priore systemate adpositarum successisse, quae conditionem rei quum maxime agentis perpetientisve adtingunt. At vero eiusmodi quum deessent formae, quae τοῦ γραφόμενος *fueram*, *fui* et *fuero* notiones exprimerent, illo autem participio, quod vocant praesentis passivi, lingua Latina careret, illarum vice adhibebantur *scriptus eram*, *scriptus sum* et *scriptus ero*, quia hae formulae significatione proxime ad eas

1) Valeat possessor oportet, si comportatis rebus *bene cogitat uti;* — inquit Horat. Epist. I, 2, 49: huiusque loci posteriora verba interpretes explicant per μέλλει εὖ χρῆσθαι.

accedebant, — qui usus in deponentibus quoque obtinuit: — quarum quidem formularum de proprio sensu si ex recentiorum linguarum similitudine statuere licet, *scriptus est* nihil aliud significat, nisi *scriptus exstat*, et *ingressus est* non solum significat, *aliquem ingredientem fuisse*, sed *etiamnum intus esse*, id quod *ingressus fuit* in incerto saltem relinquit. Quod si vero id genus formulae veram perfecti subiicimus significationem, ut *imitatus sum* e. g. indicet, me iam quidem imitandi finem fecisse, *imitatus fui* nihil aliud exprimere potest, quam tempus aliquod iam esse elapsum, ex quo id facere desierim.

Quae de propria significatione formulae *ingressus sum* monuimus, eiusdem generis formulis e lingua Anglica petitis confirmare licet. *I am retired, I am come,* etc. ex grammatica quidem ratione ut perfecta verborum *to retire, to come,* etc. considerari debent: at vero praesentis quoque temporis has formulas interdum fungi vice, ex locis sequentibus adparet, in quibus perfecta exstant, ab illis formulis ut praesens tempus significantibus derivata: The sun *had been* some time *retired* to rest, when Sophia arose, greatly refreshed by her sleep. (*Tom Jones.*) All presently came up stairs, not only the children, but the two ladies, laden with trinkets, as if they *had been come* from a fair. (*Amelia.*) Mr. Booth *had* not *been* long *gone*, before a thundering knock was heard at the door. (ibid.) [1])

---

1) Non ab re erit, quaedam hic subiicere scriptorum Latinorum loca, in quibus et activae et passivae formae id genus occurrunt tempora: Eadem et virtus et fortuna subsequenti tempore *ingressa* animum imperatoris Tiberii *fuit*, quae initio *fuerat*. (Vellej. Paterc. II, 121.) Sulla dictator creatus — imperio, quo priores ad vindicandam maximis periculis rempublicam *usi fuerant*, immodicae crudelitatis licentia usus est. (Id. II, 28.) Fit itaque terrestre proelium, eadem Lacedaemoniorum fortuna, qua *pugnatum* adversus Conona navali proelio *fuerat*. (Iustin.

Participiorum haud pauca hac ratione in adiectivorum proprie sic dictorum numerum transiisse, non est, quod miremur; eaque de re quum Bauerus pluribus egerit [1]), ipsam hic sufficiet innuisse.

VIII.

DE

CONIUNCTIVI MODI

APUD LATINOS

NATURA USUQUE COMMENTATIO.

MDCCCXVII.

De coniunctivi modi natura atque usu tractaturi primum inquiramus necesse est, quid sit *modus*? Varia atque plane diversa de huius vocis significatione tradiderunt grammatici. Modos verborum naturam prorsus non adtingere, adfirmat Sanctius, qui, »Modus in verbis, inquit [2]), quae *species* vocatur a Varrone, non adtingit

---

VI, 4.) Itaque quae *incensa fuerant*, praedarum sumtu et exercitu Persarum, restituit. (Id. VI, 5.) In eo bello Lysander, quo duce Athenienses *victi* a Lacedaemoniis *fuerant*, interficitur. (Id. VI, 4.) Da, si grave non est, quae prima iratum ventrem placaverit esca. In primis Lucanus aper: leni *fuit* austro *captus*. (Horat. Serm. II, 8, 4.) Late fusum opus est, et de quo numquam *dicta erunt* omnia. (Quint. Inst. Or. II, 13, 17.) Postremo eo provectus est, ut mandaverit quibusdam provincias, quos egredi urbe non *erat passurus*. (Tacit. I, 80.) Quid horum opus fuit suscipi, si una cum Gallis urbem Romam *relicturi fuimus?* (Liv. V, 52.)

1) ad Sanct. Minerv. T. I. p. 140.

2) Sanct. Minerv. Vol. I. p. 104. ed. Bauer.

verbi naturam; ideo verborum adtributum non est; sed explicatur frequentius per casum sextum, ut *mea sponte, tuo iussu feci;* non raro per adverbia, ut *male currit, bene loquitur.* Et cum Aristoteles de modis, seu modalibus, disputat, *Contingenter, necessario, per accidens currit,* saepe dicit.« Haud sane explicatu facile est, quid his ultimis verbis significare voluerit Sanctius, nisi credamus, illum agendi rationem causamve cum verborum modis confudisse [1]); eum autem a vero aberrasse, modos quum contendit nihil ad verba pertinere, Perizonius pluribus ostendere est conatus, illos eodem plane modo in verbis se habere censens, quo casus in nominibus. »Utrique, inquit nimirum hic grammaticus [2]), ab illa terminationum diversa forma nomen suum accepere, ut illi dicantur terminationum varii *casus,* hi *modi*«: huicque sententiae convenienter haud ita multo post, modorum, docet, in verbis adpellationem ad variarum terminationum diverso modo diversis elocutionibus et constructionibus aptandarum rationem referri. Quae sane quamvis ita comparata sint, ut nullo modo impugnari possint: — quemadmodum enim illae linguae, in quibus substantiva reliquaeque orationis partes, quae casibus declinari possunt ac solent, non inflectuntur, casibus carent, ita quoque modi non exstarent in iis, quarum verba nullis exitus mutationibus essent obnoxia: — tamen multum abest, ut modorum naturam illis explicatam esse arbitremur declaratamque. Illa enim terminationum mutatio atque indidem exsistens formarum verbi diversitas tantum abest, ut modis solummodo inserviat constituendis, ut etiam diversa tempora, omniaque reli-

---

1) Ita Perizonius quoque haec interpretanda censuit, monens, modorum in verbis adpellationem haud ad significationem referri, ut per eos significetur, quo modo quidque, quod singulis verbis denotetur, factum sit: id enim per adverbia, vel etiam per sextum casum nominum explicari debere.

2) ad Sanct. Minerv. Vol. I. p. 105.

qua, quae in notiones verbis expressas cadant, illis notentur designenturque. In ipsas igitur nostras cogitationes, in diversas, quas in sententiis et enuntiationibus conformandis sequimur, rationes inquirere, atque ita modorum naturam indolemque quid constituat, eruere atque explicare debemus. Quod quum Priscianus intelligeret, modos, adfirmabat [1]), diversas esse animi inclinationes, varios eius adfectus demonstrantes; veroque propiora etiam illa sunt, quae Bauerus ad Sanctii Minervam adiecit [2]), qui, »Ut largiamur Sanctio, inquit, modos non adtingere verborum naturam, nempe, quoad omnino notent, aliquid nos agere, aliquid fieri; qua conditione nec temporis vel temporum discrimina adficiant verbi naturam; conditio tamen ipsa et ratio inest verbis, id est, cuilibet operi vel facto, (actioni), ut quaeri ac signari possit ac debeat, quo *modo* res agi fierique dicatur, certo, directo, simpliciter, an cum conditione, a nobis ipsis proxime, an per alium, rogatum, monitum, iussum facere.« Accurate enim omnia considerantes perpendentesque, modorum nomine nihil aliud, nisi diversas aliquid enuntiandi, vel, ut grammatici loquuntur, enuntiationis praedicatum subiecto terminatione verbi mutata tribuendi rationes, significari inveniemus [3]).

Haec modorum explicatio si recte se habeat, quid de eorum numero statuendum sit, neminem fugere potest. Probe enim monet Perizonius [4]), priores grammaticos illum immodice auxisse, quamvis id non eam ob causam fecisse putandi sunt, quam ipse adfert, illos adfirmans ultra terminationum diversitatem esse progres-

1) p. 819 ap. Putsch.

2) p. 104.

3) In eandem fere sententiam Hermannus V. ill. in libro de emend. rat. gr. gr. p. 204, „Modi sunt, inquit, quibus indicatur, utrum aliquid vere fiat, an fieri possit, an denique fieri debeat.

4) ad Sanct. Min. p. 106.

sos, sed quia eas verborum formas in modorum numerum retulerunt, quarum significatio eiusmodi est, ut ne praedicati quidem locum, nisi cum verbo aliquo sint coniunctae, obtinere possint. Huc pertinet infinitivus, quem optimo iure substantivam verbi formam adpellare possumus, participiaque, quae adiectivorum prorsus induunt naturam. Tres igitur in Latina lingua modi reliqui sunt, indicativus, imperativus coniunctivusque [1]) s. subiunctivus: quorum quem usum habeant duo priores, inter omnes constat: coniunctivus vero quando adhibeatur, id accuratiore indiget explicatione.

»Subiunctivus s. adiunctivus, inquit Diomedes [2]), ideo dictus, quod non per se exprimat sensum, nisi insuper alius addatur sermo, quo superior patefiat. Subiungit enim sibi, vel subiungitur necessario alteri sermoni, hoc modo: *cum dixero, audies; cum fecero, adspicies*, et similia, quod in declinatione finitiva non desideratur, et nihil differt ab optativa, nisi tempore tantum futuro.«

Priscianus eadem tradens [3]), eorum illustrandorum causa haec adponit exempla:

Cum *faciam* vitula pro frugibus, ipse venito (Virg. Ecl. III, 77.);
Inter utramque viam, leti discrimine parvo,
Ni *teneant* cursus: certum est dare lintea retro (Id. Aen. III, 685.);

additque, coniunctionem *si* pro Graeco ἐάν positam coniunctivo frequentissime sociari. Id postquam pluribus

---

1) Adiecerunt nonnulli, atque inter hos Priscianus, optativum modum. At vero hunc ex Latinae linguae grammatica recte esse eiectum, adfirmat Perizonius (ad Sanct. Min. p. 109), quippe cui nullus sit istic proprius terminationum modus, cuiusque omnis usus adscribatur subiunctivo.

2) apud Putsch. p. 331.

3) ibid. p. 1141.

demonstravit, »De rebus, inquit [1]), quas sine dubio factas esse ostendere vult, indicativis est usus cum supra dicta coniunctione *si*. Quando vero dubia res ostenditur, utrum fieri possit, necne, per inductionem, id est καθ' ὑπόθεσιν, subiunctivis magis utuntur.« Breviter tandem subiunctivi vim colligens, eum adhiberi adfirmat ad dubitationem, comprobationem possibilitatemque significandam, in qua etiam illa sint, quae ὑποθετικῶς, i. e. suppositive, inducantur.

Ad Perizonium transeamus, qui subiunctivum ita censet esse dictum, quia eius terminationes solum in commate, quod priori in construendo subiungitur, locum habeant: quae quidem ratio inter eas, quas Priscianus adtulit, nosque supra adposuimus, secunda est. Hanc autem solam veram esse Perizonius adfirmat. »Nam ceteroquin, inquit [2]), etiam indicativus coniunctiones *dum*, *quum*, *quando*, *quamquam*, *si* etc. sibi praemissas habet, et vel maxime sibi subiungit alterum verbum. At subiunctivi proprium est, omni modo et semper subiungi verbo alterius commatis, etiam participio, licet prius illud verbum absit, per ellipsin suppressum.« Hanc igitur rationem sequutus, subiunctivi modi verba negat umquam ut absolutae constructionis et absque ellipsi accipi posse, multisque id in medio propositis exemplis, contra Ursinum comprobare studet, qui decem integras in ea re refellenda impendit paginas [3]). Verum enim vero etsi fateamur necesse est, Perizonium maxima animi sagacitate argumenta, quibus sententiam suam tueretur defenderetque, e doctrinae, qua instructus erat, copiis protulisse coacervasseque, tamen ne Bauerus quidem induci potuit, ut in eius partes transiret. »Nimius, inquit ille nimirum in notis Sanctii Minervae adiectis [4]), ni-

1) ibid. p. 1144.
2) ad Sanct. Min. p. 107.
3) Institut. L. L. Sect. V. p. 563 sqq.
4) p. 104.

mius est Perizonius in constituenda coniunctivi natura, et vero falsus. Quid enim adtinuit tam multiplici ellipsi veluti fulcire quasi labantem structuram coniunctivi, aut veluti hiantem explere? Quasi non per se et simpliciter coniunctivus ponatur, nulla ellipsi, nullo indigens supplemento, quod adhiberi subinde ne possit quidem, adeo non debeat. Quid enim suppleas, cum dicis, *Vellem equidem*, aut, *Optem*, aut, *Putaverim*, aut: *tum vero videres*, et in aliis sexcentis, quibus, simpliciter positis, et a nulla alia structura suspensis, (quippe quae et incipiant orationem, et per se sola absolvant), neque opus sit supplemento, nec conditio eius aut copia?«

His adpositis Bauerus monet, coniunctivum quoque non usque quaque a coniunctionibus pendere, atque saepissime multisque in causis nullam respicere aut poscere: a quibus autem pendeat, easdem saepius pro sensu indicativo iungi, ut *si*, v. c. *si* me amas, *si* verum est; et *cum*, ubi tempus notet, pro *quando* vel *quoties*, non causam ipsam. In obliqua, quaerit tandem, orationis structura, ubi subinde locus sit coniunctivo, partim post *qui*, partim post coniunctiones, quas in recta oratione indicativus sequatur, unde hic coniunctivus pendeat? aut quo supplemento causa eius reddi possit?

Iam vero ipse coniunctivo locum esse adfirmat, ubi exprimantur incerta, nondum liquido vera, futura etiam nunc, eoque ipso minus certa, nempe, *quoad* sint incerta: — quaedam enim certo futura et esse, et ita efferri, sed tunc semper indicativo: — aut a conditione quadam suspensa, qua sublata neque ipsa constiterint.

Hermannus contra non omnino illam rationem reiiciendam putat, quam sequuti grammatici loquutiones, in quibus verbum abest, a quo pendeat coniunctivus, sic explicant, ut id ipsum verbum, quo regatur coniunctivus, figura illa, quae ellipsis vocatur, omissum dicant. Tradiderat Vir ill., ut supra vidimus, modis in-

dicari, utrum aliquid vere fiat, an fieri possit, an denique fieri debeat, indeque tres exstitisse modos, indicativum, subiunctivum imperativumque. »Alter modus est is, inquit in sequentibus [1]), quo fieri posse aliquid indicatur, isque coniunctivus a Latinis s. subiunctivus nominatur. Graeci autem hunc modum in duos distribuerunt modos, quorum unum ὑποτακτικὸν vocarunt, cui designando Latini sua coniunctivi vel subiunctivi nomina adhibent; alterum dixerunt εὐκτικόν, quem optativum Latini adpellant.« Docet deinde V. D., admodum subtilem et eruditam in hoc constituendo discrimine Graecorum fuisse observationem sagacitatemque. Duplicem enim omnino fuisse rationem, qua quid fieri posse dicatur, alteram, quam obiectivam philosophi vocent, quum quid per ipsarum rerum conditionem fieri possit; alteram, quam subiectivam dicant, quum sola rei alicuius cogitatio sibi ipsa non repugnet, sive re ipsa fieri possit id, quod cogitetur, sive non possit. Igitur modo coniunctivo ea, quae per ipsam cuiusque rei naturam fieri possent, Graecos notasse, optativo autem, quae possent cogitari.

Quibus quidem praemissis, »Hinc, inquit, primum intelligitur, quare coniunctivus non nisi ita, ut ex alio verbo pendeat, optativus autem etiam nudus et sine aliorum societate verborum adhibeatur. Nam si coniunctivi haec propria vis est, ut, quae per ipsam rei naturam fieri possint, indicet, necessarium erit, ut, quare quid fieri possit, in unaquaque enuntiatione expressum sit.« Hanc igitur ipsam ob causam plerasque, ut supra monuimus, loquutiones, in quibus abest verbum, e quo coniunctivus pendeat, recte a grammaticis sic explicari censet, ut verbum illud per ellipsin omissum dicant, veluti in hoc exemplo, ἴωμεν, quod plene si dicatur,

1) de emend. Rat. Gr. Gr. p. 205.
2) l. c. p. 206.

esse ἄγε ἵνα ἴωμεν. Hac vero ratione rem non confici, iam Dissenius monuit, non solum possibilia, sed etiam necessaria coniunctivo notari, nos docens. Ac profecto, quis est, qui dubitet, quin eius sententiae calculus adiiciendus sit, quum coniunctivo censet, id, quod ponit, ita poni, ut aliunde pendeat? Quoniam vero Vir cel. de modis verbi Graecae agit linguae, in qua coniunctivi optativique ratio diversissima est, hi duo modi vero in lingua Latina unam eandemque habent formam, alia nobis progrediendum esse via sponte patet. Adponenda autem primum omnino illa, quae Dissenius sagaciter de optativi vi tradit atque significatione. Reliquorum ille modorum natura explicata atque exposita, »Modi antecedentes, inquit [1]), hoc habent commune, quod unice rebus menti obiectis intenti cogitantem ipsum non respiciunt, et, ut accuratius dicam, nihil ponunt ut cogitatum: quare, quum omnia ad obiectiva referant, fortasse non male *veritatis* modos eos adpellaveris. At homo se ipsum quoque cogitantem animadvertit, atque ita, quae intus fiunt in animo intuens, ab obiectivis distinguit subiectiva. Atque *subiectivis* quidem indicandis inventus est optativus, quo, quae ponuntur, ut cogitata ponuntur, ita ut, num quid sit eorum extra mentem cogitantis, non quaeratur.«

In lingua igitur Latina quum optativus terminationum diversitate a coniunctivo non distinguatur seiungaturque, sed hic modus ea quoque ponat, quae in lingua Graeca optativo poni solent, alias circumspicere debemus regulas, quarum tamen fundamentum illud esse adfirmare possumus, quod supra de coniunctivi apud Graecos usu traditum est, illum videlicet adhiberi, si de re sermo sit, quae ut aliunde pendens ponatur. Eius vero rei ratio est diversissima. Quae enim ut aliunde pendentia ponuntur, vel eiusmodi sunt, ut ab alia pendeant re sive

---

1) de Temporib. et Modis Verbi Graeci. Goett. 1808. p. 27.

enuntiatione, vel ut ex cogitatione sive nostra ipsorum, sive aliorum, suspensa sint, et unice tamquam cogitata proferantur.

Priora illa si accuratius consideremus, cur nonnulli grammatici censuerint, temporum significationem aut nullam, aut admodum parvam, in modo coniunctivo (et optativo Graecorum, cuius locum plerumque imperfectum coniunctivi apud Latinos obtinet) inesse, perspiciemus. Quaecunque nimirum ita ponuntur, ut ex alia re sive enuntiatione pendeant, hanc rem sive enuntiationem si respicimus, etiamnum futura sunt atque instant: atque inde factum est, ut illi grammatici, quum nec in praesente coniunctivi e. g. praesentis, nec in imperfecto praeteriti temporis deprehenderent significationem, temporum notationem in coniunctivo prorsus desiderari, adfirmarent. Longe profecto melius statuunt ii, qui, ratione quamvis non omnino explicata, licetque id haudquaquam universe valeat, omnia coniunctivi tempora ad tempus futurum referunt, quod a Sanctio factum esse invenimus, qui in eo demonstrando multus est [1]). Praeclare vero de huius rei ratione exposuit Dissenius, qui, »Quae pendent aliunde, inquit [2]), hactenus vere non sunt. Unde patet, quae coniunctivo indicantur, ad tempus futurum pertinere.» Verbi scilicet forma, quam vocant praesens coniunctivi, si de re aliunde pendente adhibetur eique indicandae inservit, illius significationem temporis habet, quod, si eam rem respicias, unde illa pendet, futurum est; id quod etiam in imperfectum coniunctivi, et in ipsum cadit perfectum. Quae autem inter haec duo tempora intercedit differentia, haec est. Imperfectum coniunctivi adhibetur de re aliunde pendente et temporis praeteriti momento aliquo futura, quae num eventum habuerit, in incerto relinquitur, vel etiam de ef-

1) p. 119 sqq.

2) de Temp. et Mod. Verb. Gr. p. 28.

fectu diutius permanente; perfectum coniunctivi e contrario ponitur, si de eiusmodi re sermo est, quae non solum tempore praeterito ab alia quadam profecta, sed statim etiam ad effectum perducta est atque evenit. Ac profecto non nisi inde fit, ut non solum apud Cornelium Nepotem, sed apud optimos quosque scriptores Latinos, praeteritum, cum voce nostrum *so* significante, vel saltem eiusmodi notionem comprehendente, coniunctum, perfectum coniunctivi sequatur, cuius rei nonnulla hic adponi exempla, haud supervacaneum erit. »Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus est Paullus: *tantam* in aerarium pecuniam *invexit*, ut unius imperatoris praeda finem *adtulerit* tributorum.« Cic. de Offic. II, 22, 76. »*Adeo* anceps Mars *fuit*, ut propius periculum *fuerint*, qui vicerant.« Liv. XXI, 1. »*Eo fuit* habitu oris, ut ridentis etiam speciem *praebuerit*.« Id. ibid. 2. »Notissimum est, Claudios omnes *fuisse* adversus plebem *adeo* violentos et contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem, aut deprecari *sustinuerit*.« Sueton. Tib. Ner. Caes. 2. [1]) Quin quum imperfectum coniunctivi ἀορίστως adhibeatur, igiturque, ut iam monuimus, repetitioni continuationique rei significandae inserviat, duae si enuntiationes coniungendae sunt, quarum in altera eiusmodi notio exprimenda est, in hac imperfectum coniunctivi, in altera vero perfectum positum invenimus, e. g. »Similis in agro Veienti Tuscorum facta strages est; qui urbis, iam prope quadringentesimum annum vicinae oppressae ab hoste invisitato inauditoque, *adeo* nihil *miseriti sunt*, ut in agrum Romanum eo tempore incursiones *facerent*, plenique praedae Veios etiam, praesidiumque et spem ultimam Romani nominis in animo *habuerint* oppugnare.« Liv. V, 45. »*Adeo consternatum* ferunt, ut per conti-

---

1) cf. Goerenz. ad Cicer. de Offic. II, 62, et ibi cit. Matthiae Progr. ad I. Lib. de Orat. p. 8.

nuos menses barba capilloque submisso, caput interdum foribus *illideret*, vociferans, Quinctili Vare, legiones redde: diemque cladis quotannis moestum *habuerit* ac lugubrem.« Sueton. Caes. Oct. Aug. 23.

Sensum igitur enuntiationumque nexum respicere, non vero solum illas, quas grammatici de consecutione temporum tradunt, regulas sequi debemus, si recti certique quid de tempore in eiusmodi enuntiationibus aliunde pendentibus adhibendo statuere volumus. Qua quidem in re viri doctissimi interdum lapsi sunt, Ernestius e. g., qui in his Ciceronis verbis: »Ita aut illa obnuntiatio nihil valuit; aut si, ut Appius iudicat, valuit, id valuit, ut peccatum *haereat*, non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperarit« [1]): — in hoc igitur loco Ernestius Davisium sequutus pro *haereat* maluit *haereret*, quamvis Cicero, ut Hottingerus iam monuit, de suo suaeque aetatis hominum iudicio loquatur, itaque optime tempore praesenti uti potuerit. Saepe enim, quod quoque Bremium non fugit [2]), tempus coniunctivi praesens ab optimis ponitur scriptoribus, ubi ex grammaticorum regulis imperfecti usus requireretur, idque non solum, si universe quid atque ita enuntiant, ut id non in unam quandam rem, sed in omnes generatim valeat, id quod in Cornelii Nepotis locum cadit infra allatum; sed solent etiam interdum, si de re praeterita loquuntur, oratione progrediente illam in tempus praesens veluti transferre cogitatione, atque ita in enuntiationibus ex aliis pendentibus praesens etiam adhibere tempus, quasi suam ipsius sententiam iam in medium proferentes. Quae quidem ratio, nisi prorsus fallimur, in sequentibus, apud Ciceronem exstantibus, locis obtinet. »Incubuit autem in eas disputationes, ut doceret, nullum tale esse visum

---

1) de Divinat. I, 16.

2) ad Cornel. Nep. Alcibiad. I, 1. In hoc natura, quid efficere *possit*, videtur experta.

a vero, ut non eiusdem modi etiam a falso *possit* esse.« Academ. II, 24, 77. »Cum Popilio videretur, unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed quum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Popilium scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum *obliget* [1]) sacramento.« de Offic. I, 11, 36. »Homo acutus causam non obtinens, repugnante natura, verba versare coepit: et primum rebus his, quas nos bonas dicimus, concessit, ut haberentur aptae, habiles, et ad naturam accommodatae: faterique coepit, sapienti, hoc est, summe beato, commodius tamen esse, si ea quoque *habeat*, quae bona non audet appellare.« de Finib. IV, 20. 56. — Ita quoque Terentius in Adelphis: »Capite primum in terram statuerem, ut cerebro *dispergat* viam.«

Ea quae a nobis ut aliunde pendentia ponuntur, quibus significandis coniunctivus inservit, saepissime ex nostra ipsorum pendent cogitatione, vel ut a nobis solummodo cogitata, nec dum eventum habentia atque vere exstantia efferuntur. Haec vero diversissimi generis sunt, eaque de causa diversissima, quibus designentur, requirunt tempora. Cogitatione videlicet quae effingimus, vel eiusmodi sunt, ut ipsa eventura esse, aut saltem evenire posse, credamus; vel, illa in rerum na-

---

1) Sunt quidem, qui reposuerint *obligaret*. At vero Gernhardus, „Optimorum librorum, inquit, lectio si non prorsus reiicienda est, *obliget* nimirum pro *obligaret* mutata locutione dici videbitur, quasi epistolam Catonis in manu tenens dederit *scribit*, ut paulo post, aut *scriptum est* (a Catone). Scripsit autem conveniebat praegressae orationi, eidemque accommodabatur etiam *pateretur*. Vide c. 5, 15. et 7, 22. J. F. Heusingerus satis habet citare Sallustium Cat. XXXIV, 1. *Si quid a senatu petere vellent, ab armis discedant.*“ — Ita quoque oratio a tempore praesenti transit ad imperfectum. „Addunt etiam, quidquid valde utile sit,' id fieri honestum, etiamsi antea non videretur.“ Cic. de Offic. III, 28, 103.

tura omnino numquam locum habitura esse aut habere posse, intelligimus. Prior iam si obtinet ratio, tempus coniunctivi praesens adhibendum esse, exempla statim in medio proponenda evincent; at si, quae a nobis efferuntur, ita comparata sunt, ut ea numquam eventura esse arbitremur, id quidem imperfecto coniunctivi significari, haud minus dabimus comprobatum. Duo tamen hic prius monenda sunt. Si de re cogitatione modo informata loquimur, ad tempus quoque praeteritum illam referre possumus, significantes, si, quae cogitamus, evenissent, alia quoque, inde pendentia, locum fuisse habitura; et tum plusquamperfectum coniunctivi ad enuntiationes conformandas adhibetur. Quia porro coniunctivus eis exprimendis inservit, quae tantummodo animo concepimus, illum saepe significationem dubitativam, vel potentialem, vel optativam quoque habere necesse est, igiturque eas comprehendere notiones, quae in lingua vernacula verbis *mögen*, *können*, *sollen* subiectae sunt: unde nos ratio fugere non potest, quampropter, si de re praeterita dubitanter quis loquatur, tempore coniunctivi praeterito perfecto id significari soleat. Ne vero exemplorum copia obruamur, potiora modo difficilioreque verborum structura insignia, atque ea potissimum adponemus, quibus a recentioribus interpretibus notae, rem, de qua agimus, magis etiam illustrantes adiectae sunt. »Hae igitur disciplinae, si sibi consentaneae *velint* esse, de officio nihil queant dicere.« Cic. de Offic. I, 2, 6, ubi τὸ *velint* optativam significationem habet. »Omnis, quae a ratione suscipitur de aliqua re, institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo *disputetur*.« Id. ibid. 7. Longe profecto a vero aberraret, qui crederet, coniunctivum *disputetur* pendere ex antecedentibus coniunctivis, quum potius ea de causa positus sit, quia de re sermo est tantummodo cogitata, id quod ex loco sequenti adparet, ubi verbis eadem structurae ratione inter se connexis indicativus invenitur adhi-

bitus. »Tum aut anquirunt, aut consultant, ad vitae commoditatem iucunditatemque, ad facultatem rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se possent iuvare, et suos, conducat id, nec ne, de quo *deliberant.*« Cic. de Offic. I, 3, 9. Auctoris animo nimirum hoc loco haud observantur res, de quibus deliberare possint, sed de quibus re vera deliberant. Eam ipsam ob causam Gernhardus V. cl. indicativum *sunt* optime praetulit coniunctivo in his Ciceronis verbis: »Privatum autem oportet aequo et pari cum omnibus iure vivere, neque submissum et abiectum, neque se efferentem: tum in republica ea velle, quae tranquilla et honesta *sunt.*« Id. ibid. I, 34, 124. Huic rei prorsus conveniunt ea, quae Goerenzius monet ad Cic. de Fin. II, 31, 99, ubi, »Indicativus, inquit, verbi *esse* ponitur, cum verbum substantivum asseveranter additur; et in eiusmodi locis grammaticorum regula, ex qua ad Accusativum cum Infinitivo coniunctivus modus ponendus sit, nihil valet.« — Coniunctivum modum contra reponendum censuit V. D. in his: »Mihi Homerus huiusmodi quid vidisse videtur in iis, quae de Sirenum cantibus *finxerit;* (Cic. de Fin. I, 18, 49, ubi alii *finxit* legunt), monens, auctorem sic dubium relinquere, utrum poeta fabulam istam traditam acceperit, an suopte ingenio excogitaverit.

Sensum quoque tantummodo respicientes, haud vero regulas a grammaticis in medium prolatas sequuti, novissimi editores in sequentibus locis coniunctivum pro indicativo reposuerunt. »Pyrrho maxime (videtur errasse), qui, virtute constituta, nihil omnino, quod adpetendum sit, *relinquat* (Cic. de Fin. IV, 16, 43.), ubi Ernestio tempora non coeunt, qui *reliquit* malit. Sed *relinquat* ex Goerenzii sententia est optativi loco; scilicet *si possit,* ita ut nihil plane offensionis relinquatur. »Non est mihi tempus ponere signa novis praeceptis, qualia *vincant* Pythagoram Anytique reum doctumque Platona«; (Horat. Sat. II, 4, 1 sqq.) ubi Bentleius *vin-*

cant reposuit pro *vincunt;* quem sequutus Heindorfius illam vocem ita explicat, ut sit: *quae eiusmodi sunt, ut vincant.* »Generi animantium est tributum, ut declinet ea, quae nocitura esse *videantur*«; (Cic. de Offic. I, 4, 13.) ad quem locum Gernhardus, »Non *videntur,* inquit; non enim eadem nocitura videntur omnibus.«

Quae de differentia inter praesentis et imperfecti coniunctivi significationem intercedente monuimus, in iis ratio quaerenda est, cur nonnumquam in eadem periodo et prius et posterius tempus simul adhibeantur, cuius rei exempla nonnulla hic adponemus. »Si coniunctim ferri ab se promulgatas rationes *vellent,* esse, quod eosdem *reficerent* tribunos plebis: — sin, quod cuique privatim opus sit, id modo accipi *velint;* opus esse nihil invidiosa continuatione.« Liv. VI, 39. »Batavi — praemisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret: nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent. Longa atque irrita militia fessis patriae atque otii cupidinem esse. Si nemo *obsisteret,* innoxium iter fore; sin arma *occurrant,* ferro viam inventuros.« Tacit. Hist. IV, 20. »Quod si vultum tibi, si incessum *fingeres,* quo gravior *viderere,* non *esses* tui similis; verba tu *fingas,* et ea *dicas,* quae non *sententias,* aut etiam, ut vestitum, sic sententiam *habeas,* aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur«? Cic. de Fin. II, 24, 77.

Liceat his unum insuper e Ciceronis libris de Officiis addere locum (III, 19, 75.), ubi haec leguntur: »Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius inrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem umquam suspicaturum. At *dares* hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres: in foro, mihi crede, saltaret.« In his verbis τὸ *dares* Ernestius existimat philosophi incuria positum esse pro

dedisses; sed contra pugnat Heusingerus, Gernhardusque insuper haec addit: »Tenendum est, eadem differentia, qua dixeris, *si des* — *saltet*, et, *si dederis* — *saltet*, dici, *si dares* (non dabis autem) — *saltaret*, et, *si dedisses* (non dedisti autem) — *saltaret.*« Inde quoque ex parte saltem adparet, quid differat inter imperfectum et plusquamperfectum coniunctivi; quod quo magis eluceat, adiungimus Livii locum (IV, 38.), ubi haec exstant: »Nec dubium, si pauci simul obire omnia *possent*, terga daturi hostes fuerint.« Quis est, qui non intelligat, his verbis: *si pauci simul obire omnia possent;* universalem contineri enuntiationem, quae verbo *possent* in *potuissent* mutato non nisi ad illos referretur, de quibus in reliqua oratione sermo est. Sic quoque Cicero (de Offic. II, 4, 12.), »Neque enim valetudinis curatio, inquit, neque navigatio, neque agricultura, — sine hominum opera ulla esse *potuisset*«; quam lectionem si retinemus, illud intelligendum est tempus, qua primum navigare instituerunt; sin cum Ernestio *posset* legendum censemus, *sive nunc sive umquam* supplendum est.

Interdum praesens coniunctivi illis quoque inservit exprimendis, quae, ad rem aliquam illustrandam ficta, quamvis ipsa numquam eventura adpareat, tamen, quo minus ut talia cogitentur, nihil obstat. Id sane in Ciceronis (de Fin. IV, 22, 60.) cadit locum, ubi, »Quid si reviviscant, inquit, et ita tecum loquantur.«

Coniunctivum modum, adseruimus, quoque adhiberi, si aliorum proponatur sententia. Huius vero rei ratio duplex est. Etenim potest quis aliorum sententiam vel ita referre, ut tota ex eorum adhuc pendeat mente, vel etiam tamquam tritam proponere atque usu confirmatam, quamque ipse iam fecerit suam. Prior si locum habet ratio, imperfectum coniunctivi poni solet; si posterior, praesens: hoc vero tum quoque ad enuntiationem conformandam requiri, quum de tempore futuro sermo

sit, ut in his Horatii verbis (Sat. II, 3, 163.): »Negabit (Craterus), quod latus aut renes morbo *tententur* acuto«; quibus Crateri sententia continetur, per se patet. Iam adparebit, qua de causa in sequentibus locis modo praesens coniunctivi positum sit, modo imperfectum. »Dicunt, adpetitionem animi moveri, quum aliquid ei secundum naturam esse *videatur.* — Omnium autem eorum commodorum — longe praestantissimum esse, quod honestum *esset* atque laudabile: — omniaque, quae dura, difficilia, adversa *videantur*, ea virtutibus his, quibus a natura *essemus* ornati, obteri posse. — Ad summam, ea, quae Zeno aestimanda, et sumenda, et apta naturae esse dixit, eadem illi bona adpellant: vitam autem beatam illi eam, quae *constaret* [1]) ex his rebus, quas dixi, aut plurimis, aut gravissimis.« Cic. de Fin. IV, 21, 59. »Additur etiam, quidquid valde utile *sit*, id fieri honestum, etiamsi antea non *videretur*.« Id. de Offic. III, 29, 103. »Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitae, quod ea, quae natura *desideraret*, consequi sine aliis non *possemus*, idcirco initam esse cum hominibus societatem.« Id. ibid. I, 44, 88. »Panaetius quidem Africanum — solitum, ait, dicere, ut equos — domitoribus tradere *soleant*, ut his facilioribus possint uti, sic homines — tamquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere, ut perspicerent humanarum rerum imbecillitatem, varietatemque fortunae.« Id. ibid. I, 26, 90. In nonnullis quidem codicibus pro *soleant* exstat *solent*. »At, inquit Gernhardus, hic indicativus non debebat placere Heusingero. Etenim si id, quod equos tradere solent domitoribus, non nisi ex Africani sententia verum esset, scripsisset *ut* — *solerent;* sed quoniam illud tritum est et usu confirmatum, praesens tempus adhibuit, coniunctivum tamen: quod si *solent* dedisset, haec Ciceronis verba essent, non Africani a Panaetio proposita.«

1) Ex eorum nimirum sententia.

Haud igitur coniunctivi usus ex coniunctionibus aliave orationis pendet parte, sed e sensu enuntiationumque nexu; eaque de causa non est, quod miremur, indicativum cum coniunctivo in hoc Ciceronis loco inveniri coniunctum: »Esto: fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas utilitates: — num etiam collega P. Decius, princeps in ea familia consulatus, quum se *devoveret*, et equo admisso in mediam arcem Latinorum *irruebat*, aliquid de suis voluptatibus cogitabat«? de Fin. II, 19, 61. Cuius quidem loci rationem optime explicat Goerenzius, qui, »*Devoveret*, inquit, non tam coniunctivus est, quam optativus; *et* autem pro *et ita* accipienda est. Vertas, *als er sich dem Tode weihen wollte, und so mit verhängtem Zügel sich — stürzte. Et* autem et *que*, si *et ita* valent, disparia saepe et tempora et modos iungunt. Neque in v. *devovere* tam devotionis caerimonia, quam consilium, resque ipsa cogitanda est.«

IX.

ODARUM KLOPSTOCKII ILLIUS,

QUAE

DER BACH

INSCRIPTA EST,

INTERPRETATIO.

MDCCCXVIII.

....

In auctorum veterum classicorum scriptis pertractandis ratio, quam sequamur, duplex est; aut enim id spectamus, ut eis diligentius evolvendis nostrum ipsius animum magis magisque excolamus, sensuque pulchri im-

buamus, aut simul id nobis propositum est, ut, quos antiquitas cultior ad nos transmisit libros, eos mendis, quas temporis longinquitate contraxerunt, quibusque illorum nonnulli librariorum culpa nimium quantum scatent, quoad eius fieri possit, tollendis, atque omnibus, quae illis accuratius explicandis inservire possunt, colligendis disponendisque intellectu reddamus faciliores, atque ita aliis ad eos maiore cum fructu voluptateque legendos ac pervolutandos muniamus viam. Quae quidem posterior ratio si ita comparata sit, ut haud ita multi inveniantur, qui ei omnem suam operam impendere animum inducant, id tamen optimo nostro iure contendere possumus, iam quidem, quum non amplius naturam ducem sequuti in animi nostri cultu occupati sumus, sed aliorum doctrina excellentium virorum vestigiis insistentes literis nos damus excolendos, neminem esse futurum, qui, quod omnibus suis partibus expletum sit atque perfectum, in lucem edat, nisi et Graecarum et Latinarum literarum studio fuerit deditissimus. Fuerunt quidem semper, qui eos irriderent, eiusmodi sententiam defendere qui conarentur: at his sane ex animo exciderit necesse est, eandem omnium esse rationem artium, quae sensu nituntur pulchri venustique. Quis enim est, qui in arte sculptoria, vel in architectura excellere, atque operibus paulo magis affabre factis famam sibi conciliare possit, nisi cui artis Graecorum praecipue monumenta saepissime intueri, quanta in illis insit venustas pulchritudoque, perspicere, atque ita animum suum excolere et pulchri sensu imbuere licuerit. Longum esset, eas explicare causas, quas propter inprimis Graeci in studiis artibusque ingenuis altissimum obtinuerunt locum, neque possunt illae quemquam fugere, quum a tot viris doctissimis accurate atque diligenter expositae sint: illis igitur iam quidem omissis, nemine, qui non a literis prorsus abhorreat, repugnante nos adfirmare posse credimus, exemplaria et Graeca et

Latina omnibus illis nocturna versanda esse manu, versanda diurna, qui eruditionis doctrinaeque laude cupiant celebrari. Verum enim vero quum his quidem temporibus paucissimi sint, quibus latine scripta edendi occasio se offerat munusve impositum sit, atque ipsa vernacula lingua ut in dies magis magisque excolatur, scriptorumque classicorum, quibus patria nostra iam floret, numerus, quantum fieri possit, augeatur, non solum quam maxime sit optandum, sed id ipsum ut fiat, literatorum hominum praecipue quoque spectent labores, haud sane multis docendum comprobandumque est, libros etiam sermone patrio ab auctoribus praestantissimis conscriptos maxima animi intentione esse pertractandos pervolutandosque. Neque desunt inter illos, qui, ut plane recteque intelligantur, animum requirunt multiplici doctrina subactum, quorumque sensum ut eruamus, non accuratiore solum linguae vernaculae cognitione, sed ingenio quoque nobis opus est peracuto atque limatissimo. Ut unius modo hoc loco mentionem faciamus, cuius scripta ex Germanorum, optima quaequae prae novis spernentium, more iam in pluteis latent pulvere foedata tineasque pascentia, quis est, qui Klopstockii Odas inspexerit obiterque modo legerit, qui nos inania protulisse contendere audeat? Quis est, qui non fateatur, permulta in illis occurrere, quae, quamvis accuratius illustrata optime possint intelligi, atque sententiarum vi et pulchritudine quam maxime commendentur, primo tamen obtutu tanta occultentur obscuritate, ut ad ea interpretanda Oedipo coniectore opus esse videatur. Hoc vero, quod adseruimus, ut re demus comprobatum, non absonum erit, Odarum Klopstockii eam, quae *der Bach* inscripta est, hic adponere, ac deinde eius argumento accuratius explicato ea in medium proferre, quae ad loca difficiliora intelligenda interpretandaque necessaria sint.

DER BACH.

Bekränzt mein Haar, o Blumen des Hains,
Die am Schattenbach des bardischen [1] Quells
Nossa's Hand sorgsam erzog, Braga mir
Brachte, bekränzt, Blumen, mein Haar!
Es wendet nach dem Strome des Quells
Sich der Lautenklang des wehenden Bachs.
Tief und still strömet der Strom; tonbeseelt
Rauschet der Bach neben ihm fort.
Inhalt, den volle Seel', im Erguss
Der Erfindung, und der innersten Kraft,
Sich entwirft, strömet; allein lebend muss,
Will es ihm nahn, tönen das Wort [2].
Wohllaut gefällt, Bewegung noch mehr;
Zur Gespielin kohr das Herz sie sich aus [3].
Diesem säumt, eilet sie nach; Bildern folgt,
Leiseres Tritts, ferne sie nur.
So säumet und so eilt sie nicht nur:
Auch empfindungsvolle Wendung beseelt
Ihr den Tanz, Tragung, die spricht, ihr den Tanz:
All ihr Gelenk schwebt in Verhalt.
Mir gab Siona Sulamith schon
An der Palmenhöh den röthlichen Kranz
Sarons. Ihr weiht ich zuerst jenen Reihn,
Welcher im Chor hallt des Triumphs [4].
Nun rufet seinen Reihen durch mich
In der Eiche Schatten Braga zurück.
Hüllte nicht daurende Nacht Lieder ein,
Lyrischen Flug, welchem die Höhn

---

1) *Bardischen,* — Editio prior, Lips. 1787. *luftigen.*

2) In pr. ed. haec stropha et quinta desunt.

3) *Kohr das Herz sie sich aus* — Ed. pr. *gab dem Herzen ich sie.*

4) *Jenen Reihn welcher im Chor hallt des Triumphs.* Ed. pr. *jenen Flug der in dem Chor kühn sich erhebt.*

Des Lorbeerhügels horchten! o schlief
In der Trümmer Graun Alcaeus nicht selbst:
Rühmt' ich mich kühneres Schwungs! tönte, stolz
Rühmt' ichs, uns mehr Wendung fürs Herz,
Als Tempe's Hirt vom Felsen vernahm!
Und der Kämpfer Schaar in Elis Gefild [1])!
Als mit Tanz Sparta zur Schlacht eilend! Zeus
Aus des Altars hohem Gewölk.
Der grosse Sänger Ossian folgt
Der Musik [2]) des vollen Baches nicht stets!
Taub ihm [3]), zählt Galliens Lied Laute nur;
Zwischen der Zahl schwankt und dem Maas
Der Britte; selbst Hesperinn schläft!
O, sie wecke nie die Sait' und das Horn
Braga's auf! Flögen sie einst deinen Flug
Schwan des Glasor, neidet' ich sie!
Nachahmer, wie Nachahmer nicht sind,
Du erwecktest selbst, o Flaccus, sie nicht!
Graue Zeit währet ihr Schlaf! O, er währt
Immer, und ich neide sie nie!
Schon lange mass der Dichter des Rheins
Das Getön des starken Liedes dem Ohr;
Doch mit der Nacht decket' Allhend ihm sein Maas,
Dass er des Stabs Ende nur sah.
Ich hab' ihn heller blitzen gesehn
Den erhabnen, goldnen, lyrischen Stab!
Kränze du, röthlicher Kranz Sarons, mich!
Winde dich durch, Blume des Hains.

Iam omnium primum quaerendum est, quis ille sit rivus, de quo in hoc carmine agitur, cuiusque in ripis

---

1) *In Elis Gefild.* — Ed. pr. *am Fuss des Olymp:* errore poetae, Olympiam, Graeciae locum in Elide, ubi ludi Olympiaci celebrabantur, cum Olympo monte confundentis.

2) *Der Musik.* — Ed. pr. *dem Getön.*

3) *Taub ihm.* — Ed. pr. *ferne.*

flores creverint, quibus poeta tempora sua coronari cupit. Attentius quidem poema perlegentes nos fugere non potest, de vero rivo haudquaquam sermonem esse posse: tum enim sententiae nullo modo inter se cohaererent, nec, quid sibi voluerit poeta, res adeo diversas discrepantesque inter se coniungens, quales in hoc carmine temere viderentur collatae compositaeque, quisquam profecto esset, cuius acumen perspiceret. Alium igitur vocabulo *rivus* tribuendum esse sensum, per se patet; nec sequentia accurate perpendentem latebit, allegorice id esse usurpatum: vocisque *flumen* stropha secunda occurrentis eandem esse rationem, argumento carminis accuratius exposito adparebit.

Priusquam vero ad carmen enodatius explicandum accedentes de eius argumento agamus, nos de rebus, quibus illud continetur atque innititur, quaedam monere necesse est. Klopstockius nimirum pleni perfectique poetae notionem animo informaverat eiusmodi, ut eum censeret non solum divino adflatum spiritu rebus gravibus, splendidis atque ingenio poetico dignis abundare debere, sed etiam has ipsas res (*Wortsinn, Inhalt*) ita enuntiare atque efferre, ut ad earum sonos naturasque versus plane accommodati essent formatique. Id autem duplici fieri ratione: primum si eiusmodi verba eligerentur, ut vocalium consonantiumque in iis exstantium coniunctione et varietate rerum ipsarum natura ita exprimeretur, ut hae quasi sub sensum cadere viderentur (*Wohllaut, Tonausdruck*); deinde si partim syllabarum longarum breviumque variata successione (*Bewegung der Verse, Zeitausdruck*), partim ipsorum, qui versus constituunt, pedum ordinumque compositione (*Tonverhalt*) oratio rebus ita accommodaretur, ut ipsae sensibus nostris quodammodo subiicerentur. Quo quidem quantopere oratio reddatur vivida, quis est, qui non intelligat? Haudquaquam tamen credendum est, Klopstockium in ea fuisse sententia, ut putaret, poetam debere in id animum numquam

non habere intentum, sed eum poetae, qui ita adpelletur, prorsus digni imaginem cogitatione ita depinxisse, ut sibi haberet persuasum, fore ut ille, linguae indolem si funditus perspicere ipsi contigisset, neque illa repugnaret, phantasmatum specie animo obiecta abreptus, ipsa natura duce, his, quas diximus, rebus carmina sua omnibus numeris perfecta redderet et absoluta. Id quoque sensisse videtur Heynius, qui, »De versu Virgilii epico, inquit [1], eiusque ad aurem gravitate et suavitate nonnulla disputare iuvaret, nisi maiorem subtilitatem ea res haberet, quam ut legentium animos et oculos tenere possit. Illud unum monebimus, in errorem inducere iuvenilem animum videri eos, qui nimii in eo sunt, ut ad rerum sonos et naturas accommodatos et formatos velint esse versus. Equidem non diffiteor, sensum me animi refragantem habere, quotiescunque persuadere mihi volo, magnum aliquem poetam aestu tantarum rerum abreptum et magnorum phantasmatum vi inflammatum in sono cursus equestris vel tubae vel aliarum rerum reddendo laborare: Attenuat ea res et deprimit ingenium poetae et artis poeticae dignitatem. Sunt tamen, ais, tales versus in optimo quoque poeta. Recte; sunt utique multi. — Mihi vero ad poetices indolem propius esse videtur statuere, ipsam orationis naturam ita esse comparatam, ut multarum rerum sonos exprimat, inflammatum autem phantasmatum specie obiecta animum, cum, rerum species sibi obversantes ut oratione vivide exprimat, laborat, necessario in ista vocabula incidere, vel orationis proprietate ducente. Ita graves et celeres, lenes et duros, sonos vel non id agens et curans ad rerum naturam accommodabit et orator quisque bonus, et multo magis poeta« [2]).

---

1) v. Disquisit. de Carm. Ep. Virg. Sect. XVIII.

2) Quantum literarum, tum consonantium tum vocalium, variata coniunctio, quantum numerus ordinumque ratio in re-

Hisce praemissis, accuratius si in argumentum inquirimus, quod in carmine supra adposito Klopstockius

---

rum natura exprimenda valeat, quum nemo sagacius perspexerit atque in singulis veterum poetarum locis accuratius demonstraverit Vossio, haud erit absonum, ex Viri illius notis, quibus Virgilii praecipue Bucolica et Georgica illustravit, quaedam illam rem spectantia hic subiicere, praemissis illis, quae de ea in praefatione versionis Georgicon ab ipso in universum monentur. „Es giebt Verse, inquit nimirum, die durch Vertheilung der Längen und Kürzen in geschickte Glieder, und durch einstimmende Mischung der Vokale und Konsonanten dem Gedanken laut entsprechen; Verse sogar, wo die hörbarste Nachahmung sinnlicher Natur, des Donnergerolls, des Trompetengetöns, des Pferdetrabs, des aufgewälzten und herabrollenden Felsens, mit den kräftigsten Stössen auch ein grobes Gehörfell erschüttern muss. — Es ist dies nicht regelloser Zufall. — Der Dichter gelangt, so wie mit den übrigen Kunstregeln, so auch mit den wenigen und einfachen des Klangs und der Bewegung, zu solcher Fertigkeit, dass er, ohne mühsames Besinnen, wie der Mahler die Zeichenkunst und Farbenmischung, der Musiker den Generalbass und die Instrumentenkunde, zur Darstellung dessen, wovon die Seele glüht, sie anwendet." — Iam vero transeamus ad singula. Virg. Ecl. I, 19. 20.

Urbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
Stultus ego huic nostrae similem —

„Den Ton der Erzählung ahmt der gezogene Gang des Verses nach." — Ibid. III, 26. 27.

— Non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

„Den Missklang des Verses durch gehäufte *r* und *s* ist nachahmend." — Ibid. 93.

Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herbis.

„Die zerrüttete Wortfolge nebst den anapästischen Füssen sind Ausdruck der Aengstlichkeit." — Ibid. IV, 49.

Cara deum suboles, magnum Iovis incrementum.

„Der langsame Ausgang des Verses, mit dem weitschreitenden Doppelspondeus *incrementum*, drückt feierliche Würde aus." — Ibid. V, 58. 59.

Ergo alacris silvas et cetera rura voluptas,
Panaque pastoremque tenet Dryadasque puellas.

sibi sumserit tractandum, inveniemus, ipsum adfirmare, linguam nostram patriam numero poetico reliquis praestare, et in rerum natura, praecipue vero in animi motibus perturbationibusque, partim ipsorum ope verborum, partim numerorum ordinumque, ex quibus versus constant, permutatione exprimendis facile principatum tenere [1]), seque poetarum Germanicorum esse primum,

---

„Die zerrüttete Wortstellung, samt dem verspäteten Abschnitte im letzten Verse (*Hephthemimeris*), ist Ausdruck des ungestümen Frohlockens.“ — Ib. VI, 59.

Praeceps aerii specula de montis in undas
Deferar!

„Der Ungestüm des verzweifelten Sprunges wird in der verworfenen Wortfolge und in dem daktylischen Uebergange *deferar* gehört.“ — Ibid. IV, 28.

Molli paulatim campus flavescet arista.

„Der Wohllaut des Verses mit seinen sanftschwebenden Spondeen vermehrt den Ausdruck der lieblichen Zartheit.“ — Ibid. VI, 68.

Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.

„Es ahmt dieser Vers durch die dumpfen *u* und *a* seiner Hebungen das Schaudrichte des Zaubergemurmels nach.“ — Virg. Georg. I, 64. 65.

Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
Fortes invortant Tauri.

„Der Moloss (*invortant*) zwischen zwei Spondeen mahlt die Anstrengung der starken Pflugstiere etc. etc.

Nostros quoque poetas hac naturam sonis imitandi arte excellere, docent praeclarissimi illi in Buergeri carmina *das Lied von Treue* inscripto occurrentes, concitatissimique equi cursum exprimentes versus:

„Lang streckt der Senner sich aus und fleucht,
Den Nachtthau streicht
Die Sohle des Reiters vom Grase.
Der Stachel der Ferse, der Schrecken des Rufs
Verdoppeln den Donnergaloppschlag des Hufs,
Verdoppeln die Stürme der Nase.“

1) Idem asseritur a Klopstockio in Carmine *Unsre Sprache* inscripto, ubi haec leguntur:

qui, quantum lingua vernacula hac in re valeat, perspexerit, suisque ipsius carminibus dederit comprobatum. Inde igitur est, quod se dignum esse censeat, qui floribus in rivi ex fonte, quo impetus ardorque poeticus excitabatur cuique *Mimer* nomen erat, orti, atque querceto, quod quidem nemus erat bardis sacratum, opacati ripa natis coronaretur. Hos vero flores *Nossam* [1]) s. veterum Germanicae stirpis populorum Gratiam fingit coluisse, sibique *Bragam* [2]) poetarum deum adportasse.

Huius quidem honoris causam iam prolaturus monet, poetam divino spiritu adflatum, res, quae canerentur, dignas quum invenisset (*Strom des Quells*), ut oratione quoque illarum naturae prorsus accommodata eas efferat (*der Lautenklang des wehenden Bachs*), quam maxime elaborare: Grave enim esse debere carminis argumentum; vividam vero atque sonis versuumque ordinibus res quasi sensibus subiicientem orationem (*tief und still strömet der Strom; tonbeseelt rauschet der Bach neben ihm fort*). Hunc verbis illis inesse sensum, quatuor, qui iam sequuntur, docent versus, novae editioni inserti (*Inhalt, den volle Seel', im Erguss der Empfin-*

Den Gedanken, die Empfindung, treffend, und mit Kraft,
Mit Wendungen der Kühnheit, zu sagen! das ist,
Sprache des Thuiskon, Göttin, dir,
Wie unsern Helden Eroberung, ein Spiel!

1) „*Nossa*, Göttinn der Anmuth und Vortrefflichkeit, und Tochter Odurs und der Freya.“ Mythologie der Nordischen und andern Deutschen Völker, von Fr. Joh. Scheller. 1816. — „*Nossa.* Eine Untergöttinn, die schönste aller Göttinnen. Wenn die Barden und Skalden den Begriff von Anmuth und Reiz erhöhen wollten, so nannten sie Nossa.“ Klopstock in adnot. ad carmen inscriptum *Braga.*

2) „*Braga.* Gott der Weisheit und Dichtkunst und Beredtsamkeit, Begeisterer der Barden und Skalden. Von ihm erhält die Dichtkunst den Namen Bragur. Er ist ein Sohn Odins. Seine Harfe heisst Telyn. Idunna ist seine Gemahlinn.“ Scheller. l. c. p. 47.

dung etc.). Sed quum, ut supra monuimus, oratio diverso modo rerum naturae possit accommodari, illam rationem ceteris praeferendam censet, quae versuum ordinibus rerum naturae convenienter constituendis utitur (*Wohllaut gefällt, Bewegung noch mehr*), quam quoque animi adfectibus motibusque exprimendis aptissimam esse adfirmat (*zur Gespielinn kohr das Herz sie sich aus*). Idem accuratius quatuor illi declarant versus (*So säumet und so eilt sie nicht nur!* etc.), quibus obscuritatis procul dubio tollendae causa recentior aucta est editio: Verba enim, *empfindungsvolle Wendung beseelt ihr den Tanz, Tragung, die spricht, (beseelt) ihr den Tanz, All ihr Gelenk* (ordines) *schwebt im Verhalt;* haec igitur verba ad numerum ordinesque versuum referenda esse, haud est, quod multis demonstremus.

Primum quidem, ait deinde poeta, se omnem suam operam poesi sacrae navasse, nec haud parvam solum ex ea re laudem se esse adeptum, sed ipsam quoque illius poeseos musam, quam a monte *Sione*, cui Hierosolymis Davidis civitas imposita erat, *Sionam* adpellat [1]), ipsum, qui rosis in regione campestri et pascuosa, cui nomen *Saron* [2]), natis coronaretur, censuisse dignum:

---

1) cf. Carmen inscriptum *Friederich der Fünfte*, ubi haec leguntur:

Die vom Sion herab Gott den Messias singt,
Fromme Sängerinn, eil' itzt zu den Höhen hin,
Wo den Königen Lob, besseres Lob ertönt,
    Die Nachahmer der Gottheit sind!

V. quoque *Siona*, initio:

Töne mir, Harfe des Palmenhains,
  Der Lieder Gespielinn, die David sang!
    Es erhebt steigender sich Sions Lied,
      Wie des Quells, welcher des Hufs Stampfen entscholl.

2) Subiecta erat haec regio monti Carmeli ab austro, rosisque feracissima. v. Cant. II, 1. 2. Siona ipsa inducitur rosis coronata in carmine eius nomine inscripto his quidem verbis:

nunc vero se totum carminibus Bardorum in morem fingendis contexendisque vacare (*Nun rufet seinen Reihen durch mich in der Eiche Schatten Braga zurück*). Addidit autem Sionae epitheton *Sulamith* (שׁוּלַמִּית), quod vel *pacificam*, vel *ex omni parte perfectam* designare docemur [1]); atque praeterea fingit, collem palmis obsitum (*Palmenhöh*) ipsi esse sacratum: unde fit, ut, quemadmodum quercus poesi Germanicae, et laurus Graecae, ita palma apud Klopstockium semper poesi sacrae designandae inserviat [2]). Verba vero: *Welcher im Chor hallt des Triumphs;* ad ultimum Messiadis librum spectare videntur, quamvis illud poema, quum hoc carmen pri-

---

Feuriger blickt sie (*Siona*)! Ihr Haupt umkränzt
Die Rose Sarons, des Blumenthals.

1) שׁוּלַמִּית fem. τοῦ שְׁלֹמֹה, Salomon. — Sulamites s. Salomona (pacifica) revertere ad Salomonem tuum. Cantic. VI, 12. al. Sunamites. *Castell.* — שׁוּלמית, Hierosolymitana: al. ex omni parte perfecta; nomen sponsae Cant. VII, 1. alludens ad nomen vel Salomonis, vel Hierosolymae, tamquam a masc. שׁוּלָם (vi formae) perfectus perfectus, i. e. ex omni parte perfectus. vid. *Simonis* Onom. ex ed. *Eichhornii.*

2) cf. *Siona*, ubi haec exstant:
Höher in Wolken, o *Palmenhain,*
Erblickst du das Thal, wie der *Lorbeerwald!*
Und entsenkst Schatten, herab auf den Wald,
Dem Gewölk, welches dich deckt, *Palme,* mit Glanz.

In carmine vero, *die beiden Musen* inscripto, haec leguntur:

Ich sah, o sagt mir, sah ich was jetzt geschieht?
Erblickt ich Zukunft? mit der Britannischen
Sah ich in Streitlauf Deutschlands Muse
Heiss zu den krönenden Zielen fliegen.
Zwei Ziele gränzten, wo sich der Blick verlor,
Dort an die Laufbahn. Dieses beschattete
Des Haines *Eiche*, jenes weitre
Wehende *Palmen* im Abendschimmer.

mum in publicum emitteretur, nondum esset absolutum: locum enim in posteriore editione esse mutatum, supra monuimus.

Quod si omnia, inquit deinde Klopstockius, Graecorum poetarum carmina ad nos essent transmissa, nec eorum tot interiissent (*Hüllte nicht daurende Nacht Lieder ein, lyrischen Flug, welchem die Höhn des Lorbeerhügels horchten*), ita ut de ea re non satis accurate iudicari posset, adfirmare haud dubitarem, linguam Germanicam magis quam Graecam ad rerum naturam animique adfectus verborum contextu versuumque ordinibus exprimendos esse accommodatam (*Tönte, stolz rühmt' ichs, uns mehr Wendung fürs Herz*). Collis nimirum lauricomus est ipse Parnassus, Phocidis mons, Musarum sedes atque Appollini sacer: Graecam vero linguam poeta significaturus diversa carminum attingit genera, quorum laude Graeci praecipue floruerunt. Alcaeo iam Lyrica designari, quis est, quem fugiat? Bucolica vero s. pastoralia illa sunt, quibus Tempe, Thessaliae vallem amoenissimam Peneoque amne intersectam, poeta dicit resonasse; in ludis Olympicis autem, sive illis ludis, qui in honorem Iovis Olympici apud Olympiam in Elide celebrabantur, qualia Pindarus nobis reliquit, canebantur Epinicia (*Als der Kämpfer Schaar vernahm in Elis Gefild*), quemadmodum in sacrificiis hymni in Iovis honorem (*Als Zeus vernahm aus des Altars hohem Gewölk*). His denique verbis: *Als mit Tanz Sparta zur Schlacht eilend*; Tyrtaeum quisque videt designari, qui in bello Messeniaco secundo Lacedaemoniis adversus Messenios ab Atheniensibus belli dux missus, egregiis suis carminibus elegiacis tantum militibus, pluribus quum iam cladibus fracti essent, iniecit pugnandi ardorem, ut fortissime dimicarent superioresque discederent.

Transit poeta deinde ad alios populos, in eorumque linguam idem, quod de Graecorum adfirmare ausus erat,

cadere monet. Nec ipsius Ossiani [1]), ait, orationem semper numerorum vi animi motus prorsus exprimere

1) Quanti Klopstockius fecerit Ossianum, vel eius versionem potius a Macphersonio confectam, ipse sequentibus declarat locis:

Willst du zu Strophen werden, o Haingesang!
Willst du gesetzlos, *Ossians* Schwunge gleich,
Gleich Ullers Tanz auf Meerkrystalle,
Frei aus der Seele des Dichters schweben?
Wingolf. Carm. I, Str. 2.

Die Vergessenheit umhüllt', o Ossian, auch dich!
Dich huben sie hervor, und du stehest nun da!
Gleichst dich dem Griechen! trotzest ihm!
Und fragst, ob wie du, er entflamme den Gesang?
Unsre Sprache. in fin.

Et revera, quae oratio potest esse numerosior et sententiis magis accommodata, quam illa, qua *Fingal* inducitur usus, quum nepotem suum *Oscar*, quem contra hostes fortiter viderat pugnantem, exhortaretur, ut fortitudine, iustitia aequitateque suis numquam cederet maioribus. „Son of my son, inquit nimirum, O Oscar, pride of youth! I saw the shining of thy sword. I gloried in my race. Pursue the fame of my fathers; be thou what they have been, when Trenmor lived, the first of men, and Trathal the father of heroes! They fought the battle in their youth. They are the song of bards. O Oscar! bend the strong in arm: but spare the feeble hand. Be thou a stream of many tides against the foes of thy people; but like the gale, that moves the grass, to those who ask thine aid. So Trenmor lived; such Trathal was; and such has Fingal been. My arm was the support of the injured; the weak rested behind the lightning of my steel.“ — Quam praeclara sunt illa, ubi de praelio inter Hiberniae incolas eorumque hostes commisso agitur his quidem verbis: „As a hundred winds on Morven, as the streams of a hundred hills; as clouds fly successive over heaven; as the dark ocean assails the shore of the desart; so roaring, so vast, so terrible the armies mixed on Lena's echoing heath. The groan of the people spread over the hills; it was like the thunder of night, when the cloud bursts on Cona, and a thousand ghosts shriek at once on the hollow wind. Fin-

(der grosse Sänger Ossian folgt der Musik des vollen Baches nicht stets); Franco-Gallorum linguam syllaba-

---

gal rushed on in his strength, terrible as the spirit of Trenmor; when, in a whirlwind, he comes to Morven to see the children of his pride. The oaks resound on their mountains, and the rocks fall down before him. Dimly seen, as lightens the night, he strides largely from hill to hill. Bloody was the hand of my father, when he whirled the gleam of his sword. He remembers the battles of his youth. The field is wasted in his course!" — Posterior hic locus in Ahlwardtii versione ita exstat expressus:

„Wie der Winde hundert im Bergwald;
Wie der Ströme hundert von Felshöhn;
Wie über dem Moor des Gewölks Nacht;
Wie am Strande die Brandung des Weltmeers:
So weit, so brüllend, düster, grass,
Trafen im Grimm sich die Helden auf Lena.
Am Hang der Berge tos't das Heer,
Wie Donner in stürmender Nacht,
Wann auf Cona zerreisst ein Gewölk,
Und der Schemen tausend heulen,
Im Wirbelwind der Carn.
Schnell erhob sich der König in Kraft,
Wie Trenmors furchtbar grimmer Geist,
Wann im Windstoss rollend er kommt
Nach Morbheinn der Heimath, ihm lieb.
Ihm brausen die Eichen der Berg';
Ihm stürzen die Felsen der Höhn.
Umleuchtet vom flammenden Blitz
Dehnt weit den Schritt er von Carn zu Carn.
Blut strömet Fionnghal am Wald,
Da kraftvoll sein Eisen er schwingt.
Der Jugend gedachte der Fürst;
Als jetzt er kämpft in dem Thal."

Cuius oratio numerosior sit, id nos quidem aliis relinquimus diiudicandum. Blairius sane de Macphersonii Carminum Ossiani versione agens, „To transfuse, inquit (in commentatione *A critical Dissertation on the Poems of Ossian* inscripta), such spirited and fervid ideas from one language into another; to trans-

rum quantitate et, qui illa continetur, numero omnino carere: Anglos vero in versibus conficiendis inter syllabarum numerum quantitatemque etiamnum fluctuare; nec ipsam Italicam linguam in omnibus ad orationis numerum spectantibus rebus adhuc perfectam esse atque absolutam *(selbst Hesperinn schläft)*, quamvis illa omnium maxime ita sit comparata, ut poetae Italici, si Bardorum spiritu aliquando adflarentur poetico, numerorum vi omnes facile possent superare. Harum sententiarum postremam poeta his exprimit verbis: *O sie wecke nie die Sail' und das Horn Braga's auf! Flögen sie einst deinen Flug, Schwan des Glasor, neidet' ich sie!* Braga videlicet non solum Bardorum lyram, cui nomen erat

---

late literally, and yet with such a glow of poetry; to keep alive so much passion, and support so much dignity throughout, is one of the most difficult works of genius, and proves the translator to have been animated with no small portion of Ossian's spirit.“

„The measured prose which he has employed, possesses considerable advantages above any sort of versification he could have chosen. Whilst it pleases and fills the ear with a variety of harmonious cadences, being, at the same time, freer from constraint in the choice and arrangement of words, it allows the spirit of the original to be exhibited with more justness, force, and simplicity. Elegant, however, and masterly as Mr. Macpherson's translation is, we must never forget, whilst we read it, that we are putting the merit of the original to a severe test. For, we are examining a poet stripped of his native dress: divested of the harmony of his own numbers. We know how much grace and energy the works of the Greek and Latin poets receive from the charm of versification in their original languages. If then, destitute of this advantage, exhibited in a literal version, Ossian still has power to please as a poet, and not to please only, but often to command, to transport, to melt the heart; we may very safely infer, that his productions are the offspring of true and uncommon genius; and we may boldly assign him a place among those, whose works are to last for ages.“

Telyn [1]), manu tenere fingebatur, sed ei etiam cornu illud dicatum erat, ex quo qui bibebant, ad eos laudibus carminibusque celebrandos concitari dicebantur, qui in praelio pro patriae commodis fortiter pugnantes cecidissent [2]). *Glasor* vero nemoris nomen erat amoenissimi, aedibus *Walhalla* [3]) dictis imminentis foliisque aureis resplendentis [4]); et quemadmodum Homerus saepe

---

1) v. Scheller l. c. p. 47.

2) Braga ist der Gott, der die Seelen der ruhmvollen, im Schlachtfelde gebliebenen Helden empfängt, und ihnen im Namen der Götter den Gruss Walhallas entbietet; der Gott, welchem man dasjenige Trinkhorn weiht, das zu Lobliedern und Lobreden solcher glorreichen Helden begeistern soll. Scheller l. c. p. 50.

3) Walhalla (Aalhalla, *die Halle der Erschlagenen)* ist ein Pallast von Gold erbaut, und so hoch, dass man die Spitze dieses Pallastes mit seinem Blicke nicht zu erreichen vermag. Darin werden alle Helden, die mit den Waffen in der Hand gefallen, vom Anfang der Welt bis zu ihrem Untergang aufgenommen. Scheller l. c. p. 15. — Tò *Walhalla* vero proprie non, ut Schellerus contendit, significare videtur *die Halle der Erschlagenen*, sed *die Halle der Helden*. „Die uralten Deutschen, inquit Willenbücherus in libro *Prahtische Anweisung zur Kenntniss der Deutschen Sprache* inscripto, p. 30, hielten den Himmel für den letzten daurenden Aufenthalt nach diesem Leben, in welchen sie aus Walhalla (der Walen oder *Starken, Helden*, Halle), nach vollbrachtem bestimmten Aufenthalt in demselben, zu gelangen hofften. *Wal* für *Stärke* und *Tapferkeit* erläutert noch unser *Gewalt*, *walten* (Gewalt haben, ausüben) und das Lat. *valere*, das Niederdeutsche *waelig* (kraftvoll, muthig), so wie das Engl. *valiant*; und bekanntlich ward Walhalla keinem *Unmannhaften* geöffnet." — Ipse quoque Schellerus, „*Wale*, inquit l. c. p. 61 oder *Ali (Kraft, Stärke)*, Odins und Rindas Sohn, war Gott des Heldenmuths. Er ist muthig im Kriege, und trefflich im Bogenschuss." — cf. Bragur. Bd. I. p. 71.

4) Vor Walhalla ist *Glasor* (Goldhain), ein anmuthiger Hain mit goldenen Blättern. Seine goldenen Zweige reichen

Maeonius ales adpellatus est, ita iam quidem Braga illius nemoris nominatur cygnus.

Poetae Itali fore ut umquam ex veterno excitentur, quo torpentes numerorum vim, qua ipsorum lingua polleat, non percipiant, Klopstockius adfirmat, haudquaquam esse verendum, quum ne ipse quidem Horatius, qui poetas Graecos imitando tam praeclare expressisset, ut vix in imitatorum numerum esset referendus (*Nachahmer, wie Nachahmer nicht sind*), somno eos excutere potuisset. Poetas Germanorum (*Der Dichter des Rheins*), ait tandem, iam diu quidem ipsa natura duce in gravibus suis plenisque carminibus numerum quendam tenuisse, certas autem definitasque, quas sequerentur, leges nondum proposuisse constituisseque. Tenebris enim *Allhend* [1]), qui deus quasi (haud vero, quod nonnulli volunt, dea) [2]) a Klopstockio numeri poetici esse fingitur, scipionem, quo illum regeret, abscondisse (sic enim *sein Maass* explicandum, nequaquam vero τὸ *sein* ad *der Dichter des Rheins* referendum est), ita ut illis non nisi extrema eius pars adpareret. Se vero scipionem hunc clarius fulgentem conspexisse, se numerorum leges investigasse accuratiusque exposuisse, se igitur dignum esse, qui rosis valle Sarona natis, floribusque e querceto Bardis sacrato, a Braga poetarum deo sibi allatis et illis intexendis (*Winde dich durch Blume des Hains*), coronaretur.

---

von seinem Vorhofe *Sigtur* bis auf den Pallast *Glitner*. Scheller l. c. p. 17.

1) *Allhend.* „Bei unsern Alten volle Harmonie eines Gedichtes.“ Klopst.

2) Intelligitur hoc ex carmine, *die Barden* inscripto, ubi poeta

Leicht springt er, inquit, ein Genius, auf,
Spielt am Sprosse des Eichenhains!
Den Allhend geht sein Gang! seiner Tritte Ton
Rieselt daher, wie der Bach, rauscht wie der Strom.

X.

EXCERPTA QUAEDAM

EX

PROLUSIONIBUS IND. LECT.

1) Adnotatio ad Tibul. Eleg. II, 4, 53 sq. ubi haecce leguntur:

Quin etiam sedes iubeat si vendere avitas,
Ite sub imperium, sub titulumque, Lares.

Duplici hunc locum explicare conati sumus ratione, nobisque liceat utramque hic adponere, ut VV. DD. diiudicare possint, quae sit praeferenda.

Primum quidem ad locum illum explanandum haecce in medium protulimus [1]: Sensus ipsorum versuum clarus est atque perspicuus. Nemesis, cuius amore poeta devinctus erat, munera postulabat; et quo donis eam expugnare possit, Tibullus constituit, vel paterna vendere bona. Quid sibi vero proprie velit τὸ *ite sub imperium*, de eo addubitatum est. »Quid sit *sub imperium ire*, inquit Heyne in adnotationibus ad l. l. nemo interpretum dixit. Nempe is, qui bona, in quorum possessionem missus est, vendit, qui magistratus auctoritate auctionem habet, is *dominus* vocatur; itaque ei *imperium* tribuitur.« Sequutus vero est Gronovium, qui (in Obss. II, 6.) locum in Senecae Contr. VI. exstantem ita emendans, ut pro *sub domino rectore venalia* legendum esse opinetur *sub domino sectore venalia*, haec adfert: »*Sector* est, qui bona confiscata, quae et ipsa *sectio* dicebantur, simul emit, eademque singulis postea vendit. —

1) V. Ind. Lect. an. MDCCCXIII.

Pulchre dicitur *sector dominus*. incivili nomine. — Unde Tibullus *ire sub imperium* ea bona dicit.« At vero quum hoc loco de bonis confiscatis minime sermo sit (cf. quoque Ascon. ad Cic. Verr. I, 20 et 23.), hanc illa verba explanandi rationem iure optimo oppugnat et reiicit Voss, qui »Gronovius, inquit, macht auf, *ire sub imperium*, eine unzeitige Anwendung von der Kenntniss, dass *dominus* derjenige hiess, der ein verurtheiltes Gut im Ganzen gekauft hatte, um es theilweise durch Versteigerung oder aus der Hand zu verkaufen. Wie kann ein solches Recht *imperium* genannt werden? Und wie passt es hieher«? Ipse τὸ *ite sub imperium* ad imperium puellae referendum esse contendit, cuius iussu Tibullus se, ut plena manu ad eam accedere possit, vel villam, quae ipsi e paternis bonis sola restabat, sub hasta vendere paratum profiteatur. »*Imperium* scil. inquit Vir cel. heisst, nach Römischem Sprachgebrauch, der strenge unweigerliche Befehl seiner Gewalthaberin, deren Gesetz er v. 52 anerkennt; wie II, 4, 53 *imperio* (vulgo *ad imperium*) *dominae sulcabimus agros.* Der Sinn ist: ich soll und muss ihr kostbare Geschenke machen. Ja wenn sie deshalb auch den Stammsitz meiner Ahnherrn zu verkaufen mir beföhle; fügt euch, o Laren, unter das Machtgebot, fügt euch unter das Verkaufsschild! *Ire sub aliquid*, sich zu etwas bequemen, *subire.* So, *ire sub iuga, sub furcam, sub concubitus.*« At vero neque sic omnia bene procedere videntur; nam hac ratione potius Tibullus sub imperium puellae iturus fuisset, qui bona sua vendendo iussa eius exsequi se accingebat, quam Lares, quos vendere volebat. Verba illa: *ite sub imperium sub titulumque*, tam arcte quoque cohaerent, ut unam eandemque rem, venditionem scilicet, quae ad hastam fiebat, respicere, ac nullo modo divelli disiungique posse videantur. Sensus profecto illorum verborum quis sit, nos, nisi prorsus fallimur, edocet Iuvenalis, in cuius Satir. III, 30 sqq. haec leguntur:

— maneant (Romae), qui nigrum in candida vertunt,
Queis facile est aedem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver,
Et praebere caput *domina* venale *sub hasta.*

Hastae igitur, quae, quum publica auctione aliquid vendebatur, figi solebat, Iuvenalis, dominam eam adpellando, potestatem quasi et imperium tribuit, cui omnia in venditione essent subiecta. Ad *ite sub imperium* igitur supplendum est *hastae; ite sub imperium hastae* vero, s. *ite sub hastam dominam,* nihil aliud est, nisi *vendimini publice:* et nunc quidem haec verba cum sequentibus arcte cohaerent, et omnia optime procedunt.

Postea vero omnibus accuratius consideratis explicatio illius loci nobis videbatur altius repetenda, praetorumque respici imperium, cuius vi auctionibus publicis praesidebant.

Imperii ratio [1]) autem duplex est, dividiturque illud in merum et mixtum, quorum alterum potestate gladii continetur, ad animadvertendum in facinorosos homines speciali lege concessa, alterum vero modica correctione, quae, iurisdictioni cohaerens, huic tuendae explicandaeque inservit [2]).

Horum duorum imperii generum posterius erat id, quo Romanorum magistratus maiores, Consules nimirum, Praefectus urbi, Praetoresque, haud vero magistratus minores, erant ornati. Hi iurisdictionem modo habebant, nec imperium nisi eatenus exercebant, quatenus sine illo iurisdictio haud poterat explicari [3]): iurisdic-

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXV.

2) Heineccii Elementa Iuris Civilis, L. II. T. I. P. I. §. CCXLV. Averanii Interpr. Iur. L. I. C. I et IV. Sigon. de Antiq. Iur. Pop. Rom. Vol. II. L. II. C. IV.

3) „Non omnes magistratus habebant plenissimam coercendi potestatem, sed soli magistratus maiores, qui, ut plenam et excellentem habebant iurisdictionem, ita plenum et excellens

tionem autem imperiumque inter se diversa fuisse, quamquam differentiam inter ea intercedentem non accurate definire possumus, multis locis edócemur [1]).

Praetor igitur, quum in magistratibus maioribus numeraretur, iurisdictionem habebat imperiumque, totiusque potestatis ipsi concessae ratio his tribus exprimebatur verbis, *do, dico, addico.* Praetor nimirum *dabat* iudicem, *dicebat* ius, *addicebat* rem in iure (i. e. coram praetore) cessam, et bona sub hasta vendita plus licitantibus [2]). Ad iurisdictionem non nisi ius dicendi per-

---

habebant imperium. Minores magistratus habebant et ipsi mixtum imperium, et aliquam coercitionem ad tuendam iurisdictionem suam; sed sicut non habebant plenam et excellentem iurisdictionem, ita non habebant plenum et excellens imperium. Idcirco hi sine imperio esse dicebantur, quia cum illis comparati propemodum non videbantur imperium habere. Illi contra imperium habere dicebantur, cum imperio esse, imperio uti, pro imperio suo aliquid agere.“ Averan. l. c. C. IV. 10 sq.

1) „Ea, quae magis *imperii* sunt, quam *iurisdictionis*, magistratus municipalis facere non potest. Magistratibus municipalibus itaque non permittitur in integrum restituere, aut bona rei servandae causa iubere possidere, vel legatorum servandorum causa.“ Pandect. L. 50. tit. 1. fr. 26. cf. L. 1. tit. 21. fr. 5. et L. 2. tit. 1. fr. 4. Disputat de hac re Averanius quoque, qui, „Enimvero, inquit (L. I. C. IV. 5.), distinguitur a iurisdictione mixtum imperium; et, licet in iure nostro propter inseparabilem coniunctionem, et quasi quandam individuam societatem et nominum communicationem, alterum pro altero accipiatur; tamen omnino diversa est a mixto imperio iurisdictio. Et quamvis Magistratus habeat utrumque, tamen aliquando exercet iurisdictionem, aliquando mixtum imperium; et quaedam facit vi iurisdictionis suae, in quibus non exercet imperium; quaedam facit vi imperii, ad quae facienda non sufficit iurisdictio.“

2) Haec verba spectat Ovidius in Fast. L. I, 47, ubi,

„Ille, inquit, nefastus erit, per quem tria verba silentur.“

cf. Varro de L. L. V, 7. p. 45. „Hinc fasti dies, quibus certa verba legitima sine piaculo praetoribus licet fari. Ab hoc ne-

tinebat potestas; at vero quum iudicem daret atque res bonaque addiceret, id pro imperio fecisse putandus est.

Verum enim vero auctio semper erat venditio publica, quae hasta posita per praeconem fiebat, ita ut res ei subiectae plurimum licitantibus a magistratu addicerentur [1]). Haec igitur addictio quum non nisi imperii, quo magistratus ille ornatus erat, vi fieret, iam adparet, hoc ipsum imperium a Tibullo respici, quum bonorum paternorum auctionis lege vendendorum consilio capto dicit,

Ite sub imperium sub titulumque, Lares!

Hasta autem quum in auctionibus poneretur, eique venundanda subiicerentur, propterea quod ipsa, quoties Romae pars aliqua imperii aut iurisdictionis, adeo et potestatis summae, exerceretur, signi adhiberetur loco [2]), haud profecto est, cur miremur, illam a Iuvenale ea ipsa de causa *dominae* adpellatione esse insignitam.

2) Adnot. ad Cicer. Orat. pro T. Annio Milone c. 13. Cicero ibi [3]), Sextum Clodium, P. Clodii scribam, alloquutus, postquam dixerat: »*Tu P. Clodii cruentum cadaver eiecisti domo; tu in publicum abiecisti; tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilacerandum*

---

fasti, quibus diebus ea fari ius non est; et si fati sunt, piaculum faciunt."

1) „Ius auctionis earum rerum fuit, quae publice per praeconem sub hasta praesente et addicente magistratu venderentur: in auctionibus enim ei, qui plurimum auget, res addicitur. Et quoniam ex auctione illa dominium sibi iustum in eam rem comparant, hinc etiam auctoritas ius auctione quaesitum dicitur, et auctor is appellatur, a quo quis auctoritatem, id est, ius dominii in quampiam rem accepit." Sigonius de Ant. Iur. Pop. Rom. Tom. I. L. I. c. 11. p. 149.

2) Sigon. l. c. Tom. II. de Iudiciis L. I. c. 7. p. 419.

3) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXI.

reliquisti, ita quidem pergit: *Qua re etsi nefarie fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem expromsisti tuam, laudare non possum, irasci certe non debeo.* — Ita Graevius e Ms. Erfurt. Alii legunt: *Quam rem etsi necessario fecisti.* — At vero vix adparet, ut iam alii adnotaverunt, quae necessitas incubuerit id faciendi, nisi forte dicamus, Sextum populi tumultuantis insania compulsum fuisse, ut et cadaver eiiceret ambustumque relinqueret, vel eum vidisse, qui rempublicam omni scelere vexasset, ei prorsus honore sepulturae carendum esse. Heumannus tamen, deleta negatione *non* ante *possum* hunc esse verborum sensum contendit: »Non potuisti non id facere in illo tumultu, neque adeo fecisti sponte ac libens. Quae autem necessario facimus, ob ea laudari non solemus. Verum enim vero quia tu meum inimicissimum ultus es, id factum non immerito laudarem, certe iniuste facerem, si tibi, inimici mei inimico, irascerer.« — Hanc autem explicationem duri aliquid atque contorti habere, quis est, qui non videat? Ernesti sane, qui in editionis suae textu, *quam rem etsi nefarie fecisti*, typis exprimi curavit, reliquam vero huius periodi partem immutatam reliquit, in adnotationibus locum sic ordinandum atque constituendum censet: *Quam rem etsi, quia nefarie fecisti, laudare non possum, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem expromsisti tuam, irasci certe non debeo;* quae quidem series verborum licet maximopere probanda sit, tamen nimium quantum ab ea, quam in Mss. invenimus, recedit, ideoque vix admittenda videtur. Omnia plana fiunt atque perspicua, si duabus solis vocibus ante *laudare non possum* insertis, quarum altera ob praecedens *etsi* facile a librario pro superflua haberi atque inde omitti poterat, ita legimus: *Quam rem etsi nefarie fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem expromsisti tuam, quamvis te laudare non possum, irasci certe non debeo.*

3) Adnot. ad eiusdem orationis c. 31. [1]) Cicero ibi adfirmans, Deorum nutu atque voluntate factum esse, ut Clodius periret, quia, quod circumstantiis expositis probatur, humano consilio Clodius non videretur tolli potuisse, illi vero rerum publicarum curam haberent, »Est, est profecto, inquit, illa vis; neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat et sentiat, et non inest in hoc tanto naturae tam praeclaro motu.« Graevius horum verborum sensum se non intelligere confessus, *non inest quiddam* legendum censebat. Schellerus quoque in suis observationibus in priscos scriptores quosdam (p. 119), »Locus hic, inquit, quantum iudico, sine sensu est. Ernestii explicatio bona est, sed quomodo e verbis Ciceronis, prout hic leguntur, erui possit, non video. Puto igitur, vel pro *neque* legendum *atque,* vel, quia duplex *atque* non bene sonaret, ante *inest* cum Graevio inserendum *non,* ut *neque non inest* dictum sit pro *inest.* Deinde post *motu* puto ponendum esse signum interrogationis: ut sit argumentatio a minori ad maius: *in nobis inest quiddam* cet. *et in hoc tanto naturae motu non inest?«* — Offenderunt igitur VV. DD. in negatione *neque,* cuius, quam quidem hoc loco habeat, vim non perspexerunt, quamque ad alteram tantummodo argumentationis partem traxerunt, quum ad totam ratiocinationem referri debeat. Id sane, quum inde loci illius sensus plane pendeat, accuratius explicandum est. — Nemo profecto est, qui ignoret, interrogationem saepe negationis locum obtinere: quod quidem pluribus exemplis confirmari adeo supervacaneum videtur, ut non nisi unum huc pertinentem locum adponamus, ubi Cicero (de Fin. Bon. et Mal. II, 26), »Id (ut post mortem colatur), inquit, testamento cavebit is, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil ad nos pertinere post mortem?« Sententiam vero his ver-

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXIII.

bis subiectam, hac interrogationis forma enuntiatam, multo fortiorem continere negationem, quam si Cicero dixisset: *Minime id testamento cavebit is, qui vobis quasi oraculum edidit, nihil ad nos pertinere post mortem;* quis est, qui non intelligat? Quod si igitur enuntiationibus interrogationis forma negandi vis interdum additur, cum eo, de quo iam disputatur, loco, etiam quoad argumentandi rationem, is conferri potest, ubi Cicero (Quaest. Tuscul. I, 14), »Ergo arbores, inquit, seret diligens agricola, quarum adspiciet baccam ipse numquam: vir magnus leges, instituta, rempublicam non seret?« — quorum quidem verborum hunc sensum esse: *minime fieri potest, ut diligens agricola arbores serat, quarum baccam ipse numquam adspiciet, vir vero magnus leges, instituta, rem publicam non serat;* sua sponte patet. Iam vero loci, de quo quaeritur, constructionem sequuutus, Cicero, nisi omnia nos fallunt, scribere quoque potuisset: *Haudquaquam arbores seret diligens agricola, quarum adspiciet baccam ipse numquam, et vir magnus leges, instituta, rempublicam non seret:* sicut illius loci sententia per interrogationem quoque sic potuisset efferri: *In his corporibus atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat et sentiat, et non inest in hoc tanto naturae tam praeclaro motu?* Sensus semper unus idemque est, hic scilicet: *minime fieri potest, ut in his corporibus — insit quiddam, quod vigeat et sentiat, et non insit in hoc tanto naturae tam praeclaro motu;* quemadmodum quoque hunc locum in *Bibliothek der neuesten Literatur, Zürich, III. B. 2. St. Chil. 31.* explicatum accepimus; s. brevius adhuc: *Non potest in his corporibus — inesse quiddam, quod vigeat et sentiat, et non inesse in hoc tanto naturae tam praeclaro motu.* Tenendum modo, ut monuimus, hoc est, negationem *neque* non ad unam alteramve propositionis partem, sed ad totam ratiocinationem esse referendam.

4) Adnot. ad Iuven. Sat. II, 149 sqq. [1])

Esse aliquid Maneis, et subterranea regna,
Et contum, et stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una transire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur.
Sed tu vera puta: Curius quid sentit et ambo
Scipiadae? quid Fabricius manesque Camilli?
Quid Cremerae legio et Cannis consumta iuventus,
Tot bellorum animae, quoties hinc talis ad illos
Umbra venit? Cuperent lustrari, si qua darentur
Sulfura cum taedis, et si foret humida laurus.
Illuc, heu! miseri traducimur. Arma quidem ultra
Litora Iuvernae promovimus, et modo captas
Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos:
Sed quae nunc populi fiunt victoris in urbe,
Non faciunt illi, quos vicimus.

Iam quaeritur, quis sit sensus verborum illorum: *illuc, heu! miseri traducimur.* Ab omnibus quidem interpretibus, quos quoque Ruperti sequutus est, ita explicantur, ut sint exclamatio poetae conquerentis, Romanos, quamvis ultra Hiberniam arma protulerint, tamen ad inferos aliquando, sive eos credant, sive non credant, esse descensuros, vitae et actionum apud infernos iudices rationem reddituros. At vero huic explicationi quo minus calculum adiiciamus, iam eo impedimur, quod nullo modo credibile videtur, poetam res adeo fabulosas, quas nec pueri credant, nisi qui nondum aere laventur, putasse veras; e fictis autem tam lugubris exclamationis materiam captare, ridiculum fuisset. Praeterea τὸ *quidem* post *arma* nos admonet, verba sequentia cum antecedentibus arctissime esse coniuncta et ad ea omnino referenda: quis vero nexus, si illa explicatio a vero non aliena est, inter ea intercedat, nos profecto non intelligimus. Alium igitur illis sub verbis latere sensum,

---

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXIII.

vix dubitari potest; et omnia optime procedere videntur, si τὸ *illuc* ad sequentia trahentes hunc eis sensum inesse statuimus: Nos Romani ad eam miseram traducimur s. redigimur conditionem, ut, postquam totum terrarum orbem nostrae ditioni subiecimus, in eis volutemur sceleribus et flagitiis, quorum ne vestigia quidem apud populos in potestatem nostram redactos exstent. Possunt vero illa, de quorum sensu iam disputatur, verba etiam cum versibus proxime antecedentibus coniungi, et quidem ita, ut ea, quae sequuntur, tamquam accuratiorem illorum explicationem nobis exhibentia considerentur: Ad illam miseram nos redacti sumus conditionem, ut, si Romanorum quis, quales nunc quidem illi se praebent, ad inferos descendens ad fortissimos nostros accederet atavos, hi sulfure, taedis et humida lauru cuperent lustrari: nam arma quidem ultra Iuvernae promovimus littora; sed quae nunc Populi fiunt victoris in urbe, non faciunt illi, quos vicimus. Quae iam sequuntur verba:

— Et tamen unus
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti sese indulsisse Tribuno;

poeta procul dubio fingit, sibi a quodam obiici ad opinionem suam refellendam, cui ipse respondet:

Adspice, quid faciant commercia!

Sic profecto omnia integra et apte iuncta videntur; nec est, quod cum Rupertio τὸ *illuc* in *illic* mutandum, ac τὸ *traducimur* per *risui exponimur*, *contumelia adficimur*, explicandum putemus.

5) Adnotat. ad eiusdem Satirici Romani III, 10 sqq.[1])

»Sed dum tota domus (Umbricii, quem Cumas migraturum ad Egeriae usque vallem comitabatur) rheda componitur una,

---

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXIV.

Subtitit ad veteres arcus madidamque Capenam;
Hic, ubi nocturnae Numa constituebat amicae.
Nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
Iudaeis, quorum cophinus, foenumque supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor, et eiectis mendicat silva Camenis.
In vallem Egeriae descendimus, et speluncas
Dissimiles veris.«

Huic loco mendae aliquid inesse, nec sententias bene cohaerere, Ruperti iam sentiens, »Ego, inquit, pro *Hic*, quod alienum videtur ab h. l., quoniam lucus iste a porta Capena aliquantum aberat, legendum crediderim *Hinc*, ut sensus sit: Hinc progressus Umbricius substitit paululum ad lucum Camenarum.« Ei quidem adversatur Heinecke (in Animadversionibus in Iuvenalis Satiras, Hal. Sax. 1804.), qui, »Voculam *hic*, inquit (p. 68), pessime sollicitavit Rupertius, legendum censens *hinc*, quia lucus a porta Capena longe remotus fuerit, ut sensus sit: Hinc Umbricius progressus substitit paululum ad lucum Camenarum. Ac primum quidem, si dicitur factum esse quid ad aliquem locum, hic locus valde remotus esse potest. Sic loquimur de pugna ad Arbelam, et Arbela longissime aberat a campo illius pugnae. Neque hoc aliter fieri potest, ubi nullus locus celeber in vicinia, quo res gesta designari possit. Praeterea si vel maxime *hic* corruptum esset, tamen *hinc* multo magis alienum, ne quid gravius dicam. Vide totam sententiam e Ruperti coniectura: Dum Umbricii res componuntur, paulum substitit ad portam Capenam et tum paulum substitit ad lucum Camenarum. Nullus iam non videt, maxime frigere v. 11. ubi Umbricius dicitur substitisse, nec fecisse, nec dixisse quidquam, sed paulum substitisse. Quis ferret hominem, qui in describendo itinere aliquo nobis semper narraret, ubi in via paulum substiterit, quamvis nihil quidquam fecerit? Vulgata bene se habet, tamen interpunctionem mutandam censeo, puncto

deleto post *amicas*, ut his versus ad sequentia referatur. Post *Capenam* maior distinctio facienda.« At vero licet, nos quoque explicationi a Rupertio propositae adsentiri non posse, ingenue fateamur, τὸ *hinc* tamen non solum non spernendum esse, sed toti orationi optime convenire censemus, modo interpunctio ita mutetur, ut, maiore distinctione post *Capenam* facta, τὸ *hinc*, ab antecedentibus hac ratione seiunctum, ad verba versu 17 exstantia (In vallem Egeriae descendimus) referatur. Haec enim verba, ut nunc quidem textus se habet, nimis nude et prorsus abrupte adposita sunt, et particula *deinde* aut simile aliquid saltem adiiciendum fuisset; et ea quoque, quae poeta ad avaritiam imperatorum perstringendam, qui etiam loca religione sacrata lucri causa locarent, de luco Musis dicato adfert, nimis dure interposita videntur, neque cum reliqua oratione bene cohaerent. Quodsi vero nos, iis in memoriam revocatis, quae de loco, ubi Numa cum Egeria congrediebatur, auctore Holdsworthio (Diss. IV.) Heyne (ad Aeneid. VII, 763.) tradit, ubi »Egeriae fons et lucus, inquit, in quo educatus fuit Virbius, ad Ariciam est: alius vulgo narratur prope Romam ad portam Capenam. Fabulam utrique communem esse de Numae cum Egeria congressu, putabat is, qui diligenter de eo egit, Cluver. p. 931 sqq., sed Ariciae nemus et fons est Egeriae domus, antrum autem Capenarum sub Aventino fuit locus congressus cum Numa:« — quodsi, inquam, his in memoriam revocatis, *hic* in *hinc* mutamus, punctisque post τὸ *supellex* (v. 14) et τὸ *Camenis* (v. 17) sublatis, versibusque 15 et 16 parentheseos signo inclusis totum locum ita constituimus:

Sed dum tota domus rheda componitur una,
Substitit ad veteres arcus madidamque Capenam.
Hinc, ubi nocturnae Numa constituebat amicae,
Nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
Iudaeis, quorum cophinus foenumque supellex,

(Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor, et eiectis mendicat silva Camenis,)
In vallem Egeriae descendimus et speluncas
Dissimiles veris: —

omnia profecto optime cohaerent. Substiterat enim Umbricius, dum domus rheda componebatur, ad portam Capenam, et ab hac porta deinde, in cuius regione lucus Camenarum erat, in quo Numa cum Egeria congrediebatur, in huius nymphae vallem una cum nostro poeta descendit, ibique ei causas exponit, quibus permotus Roma relicta Cumas migrandi consilium ceperit.

6) Adnot. ad eiusdem Satirae v. 239 sqq. [1]), ubi Umbricius inter incommoda, quibus Romae pauperes vexarentur, id quoque refert, quod divites, si officium eos vocaret, lectica vecti citius, quo vellent, venirent, quam pauperes clientes, quos pedibus incedentes populi turba moraretur.

»Si vocat officium, turba cedente vehetur
Dives, et ingenti curret super ora Liburno,
Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus.
Namque facit somnum clausa lectica fenestra.
Ante tamen veniet: nobis properantibus obstat
Unda prior: magno populus premit agmine lumbos,
Qui sequitur. Ferit hic cubito, ferit assere duro
Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam.

Undam quidem Ruperti recte per *multitudinem populi* explicat; quod vero τῷ *unda prior* multitudinem clientum significari putat, qui officii causa patronum deducant, quibus opponatur *populus, qui sequitur* lecticam, id sane ei haudquaquam adsentiri possumus: clientes enim in medio eorum, qui lecticam antecedebant sequebanturque, incedentes una cum divite ea vecto illuc, quo etiam hic tendebat, venturos fuisse necesse est. Τὸ

1) Vid. Ind. Lect. eiusdem anni.

prior unda et *populus*, *qui sequitur* igitur non ad *lecticam* referenda sunt, sed potius ad pauperes *pedibus incedentes*, quos non solum turba ipsos antecedens morabatur, sed populus quoque eos sequens, quem, ne ab instantibus urgentibusque laederentur, semper debebant respicere, retardabat.

7) Adnotat. ad Iuvenal. Satir. VI, 542 sqq.[1]) — Hi versus, quibus poeta superstitionem mulierum Romanarum perstringit, quae Iudaearum etiam vaticinationibus aures praebeant, in Ruperti editione ita exscripti sunt:

Quum dedit ille (Isidis sacerdos) locum, cophino foenoque relicto,
Arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem,
Interpres legum Solymarum, et magna sacerdos
Arboris, ac summi fida internuntia coeli;
Implet et illa manum, sed parcius aere minuto.
Qualiacunque voles Iudaei somnia vendunt.

Ultimis vero duobus versibus haec addita est explicatio: »*Implet et illa* Iudaea s. sacerdos sibi *manum* praedicendo futura, *sed parcius* quam manus sacerdotum Isidis, et clam (leg. procul dubio, *quam sacerdos Isidis* sc. sibi manum implet) *aere minuto*, tridentibus, quadrantibus. Fallaces vero Iudaei pro mercede ad consulentis votum et somnia aliorum interpretantur, et quae ipsi somniaverint confingunt.« — At sane hoc loco de somniis proprie sic dictis nec sermo est, neque esse potest: quodsi enim quoque inveniantur, qui non solum suis propriis, sed eorum etiam, quibuscum vel cognatione, vel affinitate, vel amicitia coniuncti sunt, somniis fata sua praemoneri credant, haudquaquam tamen verisimile est, umquam fuisse, qui hominum non solum prorsus sibi ignotorum, sed tam abiectorum somnia quidquam

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXIV.

ad se pertinere censuerint. Interpungendum est post *parcius:*

Implet et illa manus; sed parcius: aere minuto
Qualiacunque voles Iudaei somnia vendunt.

Implet et illa manus, sed parcius: haec verba sententiam iam absolvunt, et sequentibus causa additur, quam propter Iudaea manum parcius impleat: quia scilicet Iudaei, quaecunque voles, somnia, aere minuto s. parvo pretio vendunt, teque omnia, quae optas desiderasque, tamquam a fatis destinata vel minutissima mercede contenti sperare iubent. Somnia enim hoc loco spes vanas esse, quae in consulentibus Iudaeos promissorum fallacia excitantur aluntur que, quo sensu saepissime haec vox adhibetur, non est, quod multis verbis demonstremus.

8) Adnotat. ad Sat. VII, 43 sq. [1]) Ibi Iuvenalis miseram poetarum reliquorumque literarum studio deditorum virorum, qui a divitibus vel plane negligantur, vel, laudibus quamvis ornati atque celebrati, nulla tamen ab iis pecunia iuventur, conditionem verbis depingens gravissimis,

Scit (patronus s. dives recitaturis), inquit, dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis, et magnas comitum disponere voces.

Priora prorsus clara sunt, et a Rupertio optime exposita; a vero autem nobis aberrare videtur Vir doctissimus, adfirmans, τὸ *disponere* idem esse, quod *praeparare*, vel *commovere*, *signo concinendi dato a* μεσοχόρῳ: suam enim propriam significationem, si quid videmus, illa vox hoc loco obtinet, explicandaque per *ordinare* s. *ordine aliquo adhibito in diversis partibus ponere* (quo sensu etiam a Quinctiliano haec dictio adhibita esse videtur, qui — Instit. Orat. IV, 2, 37. — »Quae quidem virtus, inquit, — pronuntiationem rei aperte et plane

1) Vid. Ind. Lect. eiusdem anni.

narrandae accommodandi — negligitur a pluribus, qui, ad clamorem *dispositae*, vel etiam *forte circumfusae* multitudinis compositi, non ferunt illud intentionis silentium: nee sibi diserti videntur, nisi omnia tumultu ac vociferatione concusserint). *Magnae comitum voces* vero sunt *clientes magna voce acclamantes.* Sensus igitur: Dives mittit poetae recitaturo clientes suos, qui alta voce ei adplaudant, quorumque acclamatione reliqui auditores ad ipsorum exemplum imitandum excitentur. *Disponere* igitur idem est quod *ad disponendum mittere.*

9) De adverbiis interr. *num* et *numquid*, ipsorumque usu. [1])

Quod si grammaticorum diligentia in linguarum praeceptis ex usu consuetudineque loquendi constituendis tradendisque quam maxime laudanda est, tamen si ad argutias descendere videntur, caute admodum illos sequi atque diligenter inquirere debemus, num, quae ab illis traduntur, linguarum naturae indolique conveniant, necne. Sic e. g. ipse Gesnerus in Thesauro L. L. sub v. *num* docet, hanc particulam adverbium esse interrogandi, cui negatio subintelligatur. Addit ille quidem, nonnullos putare, *num* interdum pro *anne* s. *nonne* poni, e. g. apud Ciceronem pro Ligar. 10, 29; at vero etiam ibi negativam responsionem intelligi, si omnia accurate expendantur, neminem fugere posse adfirmat. Idem *Heindorfius* tradit ad Hor. Satir. I, 2, 114. ubi, »Num, inquit, wie hier überall nur in Fragen, auf welche eine verneinende Antwort erwartet wird, (*doch wohl nicht?*) ausser nach *dubito*, *quaero* u. dergl., oder wo es für *utrum* steht mit folgendem *an*, und in *numquid*, wo es bloss fragt ohne negative Kraft.« Quod quidem etiamsi saepissime ita se habeat, tamen non in eas tantummodo cadit interrogationes, quae a particula *num*

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXVI.

pendent, sed in omnes fere absolute positas, idque ipsa particula *numquid* adiecta, quum, ut alio iam monuimus loco [1]), sententiae negantes interrogationis forma enuntiatae multo fortius negare soleant, quam si, hac forma omissa, simpliciter ut negantes efferuntur, id quod ex sequentibus adparebit locis. »Quid? idem*ne* potest esse dies saepius, qui semel fuit?« Cic. de Fin. II, 31, 102. — »Primum in nostra*ne* potestate est, quid meminerimus?« Ibid. II, 31, 102. — »*Numquid* Pomponius istis audiret leviora, pater si viveret?« Hor. Satir. I, 4, 136. »De iis autem rebus, quae in philosophia versantur, *numquid* est, quod quisquam divinorum aut respondere soleat, aut consuli, quid bonum, quid malum, quid neutrum?« Cic. de Divin. II, 4. »Id testamento cavebit is, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil ad nos pertinere post mortem?« Cic. de Fin. II, 26. »Potest*ne* igitur earum rerum, quae nihil habent rationis, quare futurae sint, ulla esse praesensio? Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit?« Cic. de Divin. II, 6. — Omnes has interrogationes in negationes mutari posse, quia eiusmodi versantur in rebus, quas negari necesse sit, quis est, qui non videat? Eo quoque, nisi prorsus fallimur, referendum est, quod particula *nisi* ad vernaculum *als* exprimendum non post negationes tantum, sed in interrogationibus quoque adhibetur. Tò *num* vero interdum simpliciter modo interrogare, ex locis adparet iam adponendis. »PARM. Age modo. Nunc tibi patent fores, quia istam ducis. GNATHO. *Num* quem evocari hinc vis foras?« Terent. Eun. II, 2, 52. — *Num* qui numi exciderunt tibi, here, quod sic terram obtuere?« Plaut. Bacchid. IV, 4, 17. — »*Num* illi molestae quidpiam hae sunt nuptiae, propter huiusce

---

1) v. p. 207.

hospitis consuetudinem?« Ter. Andr. II, 6, 7. — »*Num* immemores discipuli?« Ibid. III, 1, 19. Haudquaquam tamen volumus infitiari, particula *num* interrogationi praeposita saepissime ob graviorem fortasse sonum, quo pronuntiari potest, vel admirationem quandam, vel dubitationem, vel spem quoque exprimi, fore ut res, de qua quaeritur, possit negari, cui rei in lingua vernacula adverbia *wohl*, *vielleicht*, *doch wohl nicht*, inserviunt.

10) De pronomine *ipse* aliis pronominibus adiuncto [1]).

Pronomen *ipse* aliis saepe invenitur adiunctum pronominibus: quo vero illud tum ponendum sit casu, atque num in eo cum adposito pronomine convenire debeat, necne, Grammaticorum praecipui numquam non addubitavere, et ne nunc quidem lis illa prorsus diiudicata est. Iam ut eo accuratius, quid hac de re statuendum, quaeve eius ratio praeferenda sit, numque semper eandem, an interdum alteram quoque sequi debeamus, intelligi possit, non absonum erit, ea colligere atque uni obtutui subiicere, quae VV. DD. de illa pronominum structura censuerunt monenda. Manutius quidem ad haec Ciceronis verba: *Reliquas vero partes diei tu consummebas his delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium compararas* [2]): »Quinque libri veteres, inquit, *tibi ipse*, quod nonnullis placuit (et ab Ernesto optimo suo iure receptum est), ut Ciceroni magis usitatum. Ego utrumque probo.« Dukerus quoque, de hac re disputans, ad haec Flori de bello sociali ibi quidem agentis verba: *Quid hac clade tristius? quid calamitosius?* — *quum regum et gentium arbiter populus ipsum se regere non posset, ut victrix Asiae Europaeque a Corfinio Roma peteretur* [3]); »Observarunt Docti, inquit, pronomen *ipse*

1) Vid. Ind. Prael. an. MDCCCXVIII.

2) Epist. ad Div. VII, 1.

3) Epit. Rer. Rom. III, 18. p. 583.

aliis pronominibus adpositum, plerumque in alio casu, et fere nominativo poni. Liv. II, 19. *Suismet ipsi corporibus dimicantes miscuere certamen.* Cic. Epist. Fam. III, 7. *P. Lentulum, quem mihi ipse antepono.* Corn. Nep. Paus. 4. *Neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset.* Vid. Riv. ad Sallust. Catil. 20. ad Cic. Epist. Fam. VII, 1. et Gronov. ad Liv. l. c. et ad Iust. XIII, 1. Cel. Graevius ad Iustin. XII, 8. scribit, Ciceronem aliosque optimos scriptores semper ita loqui; sed vulgus utrumque pronomen eodem casu ponere: et rursus ad Cic. de Off. III, 15, eos, qui ita loquantur, corrupte loqui. Certum est, multis locis scriptorum veterum, quibus libri vulgati *ipse* eodem casu ponunt, quo alterum ei adiunctum pronomen, MSS. variare. Sed sunt tamen non pauca, ubi nulla varietas scripturae adnotata est. — Verum si superior illa regula sine exceptione est, ea omnia, una cum hoc loco Flori, emendanda sunt. De hoc ego nihil pronuntio.« Eandem rem Ruhnkenius adtingens [1]), »Notandum est, inquit, *ipse* aliis pronominibus adiunctum plerumque in alio casu, ac fere in nominativo poni. Imo Graevius ad Cic. de Off. III, 15 scribit, eos, qui utrumque pronomen eodem casu ponant, corrupte loqui. Alii tamen utramque loquendi formam probant.« Verum enim vero his omnibus accuratiora nobis saltem videntur ea, quae de illa pronominis *ipse* cum alio pronomine coniunctione tradidit docuitque Gernhardus, qui his Ciceronis verbis: *Deforme etiam est, de* s e. *i p s u m praedicare, falsa praesertim, et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum* [2]); haec subiunxit: »Ita Heusingerus. Reliqui *de se ipso.* Quod non probandum est ad similitudinem II, 19, 67. *ni vererer, ne de me ipso aliquid viderer queri.* In his enim intelligitur: quum deberem queri de eloquen-

1) Ad Terent. Andr. III, 2, 15.

2) De Off. I, 38, 137.

tia et de aliis. *De se ipsum praedicare deforme est,* quod expectandum est, dum alii te laudent. In hoc pronominis *ipse* usu, quod, si qua est oppositio, ad alterum pronomen referendum sit, Bremi ad Fat. c. 11 iussit adhiberi quasdam cautiones, quas equidem omnes eo revocaverim, ut, si quod est subiecti oppositum verbis illud expressum, vel intelligendum, aut si agentis ratio magis spectanda et efferenda, quam eius, in quem actio vertitur, pronomen *ipse* ad verbum accommodetur. Ex quo quidem singulos locos iudicare saepe est hoc difficilius, quod et pronominis, et ceterorum verborum consideranda collocatio est. Nam quum *ipse* plerumque iuxta alterum pronomen ponatur, ab hoc non debebit abalienari referrique ad subiectum, si remotius sit subiecti vocabulum, et vel una voce aliena ab *ipse* seiunctum, ut c. 33, 119. et II, 19 l. l. Tum illud etiam non negligendum est, si quando *ipse* alteri pronomini praepositum sit, ad id non solere referri. Itaque non *ipsi tibi, ipsis nobis* dicitur, sed *ipse tibi, ipsi nobis.«* — Accurate iam omnibus consideratis atque diligenter perpensis, fateamur necesse est, in investigando, quo pronomen *ipse* alteri pronomini adiunctum poni debeat casu, id inprimis respiciendum esse quaerendumque, num quod sit oppositum, quoque id referendum, utrum ad subiectum, quod vocant, actionis, an ad eum, in quem actio vertitur; atque τὸ *ipse* eius semper casum sequi debere, cuius contrarium, vel verbis expressum sit, vel mente adiungendum. Quod si quis e. g. relatum audivisset, alicui vim esse illatam, nec vero ad singulas adtendisset res, inter alias ille quaestiones harum quoque duarum alterutram proponere posset: *quis ei vim intulit,* vel, *quis est ille, cui vim intulit?* Iam si is, de quo sermo est, sibi ipse mortem conscivisset, ad priorem quaestionem respondendum foret, *sibi ipse vim intulit,* ad posteriorem, *sibi ipsi vim intulit.* Huc quoque ea pertinere, quae Gernhardus secundo loco adposuit, monens,

id etiam inquirendum esse, num agentis ratio magis spectanda sit atque efferenda, an eius, qui actioni obnoxius est, sua sponte patet. Quae vero V. D. de collocatione verborum consideranda tradit, ea nobis non omnino cum vero videri congruere, ingenue fatemur. Istud quidem Gernhardo adsentimur, *τὸ ipse,* si quando alteri pronomini praepositum sit, ad id non solere referri, cuius ratio in eo contineatur, quod *τὸ ipse,* si ad alterum pronomen referatur, ei numquam praeponi potest; at vero pronomen *ipse,* si remotius sit subiecti vocabulum, et vel *una voce* ab eo seiunctum, ab altero pronomine non debere abalienari, eius sane rei nullam investigare possumus rationem, eique eiusmodi repugnant loci, in quibus nulla exstat scripturae varietas, ut iam ex illo adparet, quem hic adposuisse sufficiat, ubi Cicero [1]), »Ceterae fere artes, inquit, *se ipsae* per se tuentur singulae.«

Haudquaquam tamen existimandum est, illas regulas ubivis a scriptoribus Latinis religiose esse servatas: illorum enim limatissimos, id quod in patrios etiam cadit auctores, interdum praecipua grammatices neglexisse praecepta, alio iam loco ex ipsius Ciceronis scriptis dedimus comprobatum; atque hic satis iam fuerit, in medium protulisse illum Virgilii [2]) locum, ubi haec exstant:

Quid metui moritura? Faces in castra tulissem,
Implessemque foros flammis, natumque patremque
Cum genere exstinxem, *memet* super *ipsa* dedissem.

Praeterea quoque iudicatu nonnumquam videtur difficillimum, num *τὸ ipse* ad agentem potius, an ad eum, in quem actio vertitur, referendum sit; plerumque tamen tum priorem rationem a scriptoribus Latinis invenimus praelatam.

---

1) De Orat. II, 2, 5.

2) Aen. IV, 604 sqq.

11) De pronominibus *aliquis*, *quisquam*, *ullus* et *quidam*, atque de discrimine inter ea intercedente. [1])

Docemur plerumque, vernaculum *jemand* s. *irgend einer* Latina lingua exprimi voce *quisquam* s. *ullus*, si vel particula aliqua negationem indicante, e. g. *non*, *neque*, *neve* etc., vel eiusmodi verbo adhibito aliquid negamus, vel si quid interrogamus, quod aestimamus haud posse negari, vel si comparativo vocabulo addito pars sententiae redditur negans, e. g. *diutius* in hac urbe, quam in *ulla* alia commoratus est. Voce *aliquis* contra notionem Germanicis illis vocabulis subiectam tum monemur exprimi, si omne verbum, quo hac ratione enuntiatio reddi possit negans, ab ea absit. At enim vero rem non prorsus ita se habere, iam inde intelligitur, quod notatum invenimus, in hisce, quas modo diximus, enuntiationibus loco pronominis *aliquis* post *si* a scriptoribus etiam Latinis *quisquam* adhiberi, e. g. Ostendo, *si* sine armatis coactisve hominibus deiectus *quisquam* sit, eum, qui fateatur se deiecisse, vincere sponsionem, si ostendat, eum non possedisse. Cic. pro A. Caecina 31, 91. Haud ratio afferri potest, cur, *si cuiquam* novo civi poterat adimi civitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis civibus possit. Ibid. 35, 131. — Verum enim vero inveniuntur etiam loca, quamquam ob rei naturam rarissime, ubi pronomen *quisquam* adhibitum est, licet rationum supra adpositarum nulla adpareat in sententia, propter quam illud pronomen ponendum fuisset, e. g. Mirabantur alii amentiam, cui comperendinato, cum tam multi testes dixissent, *quidquam* illorum veniret in mentem. Cic. in Verrem. Or. IX, 15, 33. — Idem cadit in pronomen *ullus*, e. g. Iniquos decumanis esse aiebat omnes, qui *ullam* agri glebam possiderent. Cic. in Verr. Or. VIII, 11, 28. Est captiosum omnibus, rem *ullam* constitui eiusmodi, quae, cum armis gesta sit, re-

---

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXXX.

scindi iure non possit. Cic. pro A. Caecina 14, 40. — *Aliquis* contra non solum reperitur cum negatione coniunctum, e. g. Qui hoc disputant, si id dicunt, *non* recte *aliquid* statuere eos, qui consulantur: non hoc debent dicere etc. Cic. pro A. Caecina 24, 68; sed etiam in eius generis interrogationibus, quarum supra mentio facta est, et quidem ita, ut in eadem sententia modo *aliquis*, modo *quisquam* adhibitum sit, e. g. Utrum gravius *aliquid* in quempiam dici potest, quam ad hominem condemnandum — adductum pretio esse? An certius *quidquam* obiici potest, quam quod is, cui obiicitur, ne nutu quidem infirmare conatur? Cic. pro A. Caecin. 10, 29. — Ita Cicero post negationem quoque primum *aliquis* et deinde *ullus* posuit in Oratione X. in Verrem (62, 161), ubi haecce leguntur: »Tum Verres se comperisse ait, eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitivorum esse missum: cuius rei neque index, neque vestigium *aliquod*, neque suspicio cuiquam esset *ulla*.« Adparet igitur, ea, quae nobis de usu pronominum supra adpositorum, atque de discrimine, quod inter eorum significationem intercedit, in grammaticis traduntur, ad hanc rem prorsus dilucidandam non sufficere; et, nisi omnia nos fallunt, non nisi notione, quae cuique eorum subiecta est, accuratius perspecta, certi aliquid de ea potest definiri.

Quodsi iam, quae vis illis pronominibus insit, attentius exploramus, atque, quando quodque eorum adhibeatur, inquirimus, inveniemus, *quisquam* et *ullus* tum usurpari, si qua enuntiatio omnes et singulas ad unum aliquod genus pertinentes res sive, quae vocari solent, individua spectat, vel si de re aliqua universa sermo est; *aliquis* vero, si de quibusdam modo, ad eandem speciem pertinentibus, haud vero accuratius definitis rebus aut hominibus loquimur: *quidam* denique tum ponendum esse, si de certis quidem nobisque cognitis rebus hominibusve aliquid enuntiamus, quos vero accuratius indicare non

credimus necessarium. *Quidam* habet quidem alias adhuc significationes, de quibus vero hic exponere, a re prorsus esset alienum. Ex supra dictis iam adparet, qua de causa *quisquam* fere semper in iis enuntiationibus locum habeat, in quibus aliquid negatur; quia nimirum eiusmodi enuntiationes plerumque omnes ad unum genus pertinentes res spectare solent. Exempla quaedam iam adponenda rei etiam magis illustrandae inserviant. »Apud eum non ius, non *cuiusquam* auctoritas valebat.« Cic. in Verrem Or. VI, 51, 136. »Quis umquam tanta a *quoquam* contumelia, quis tanta ignominia affectus est?« Ibid. Or. VII, 56, 139. »Erat iniquum, homini proscripto, egenti, de fraternis bonis *quidquam* dari.« Ib. Or. VI, 47, 123. »Prius confecit exercitum, quam *quisquam* hoc eum cogitare suspicaretur.« Cic. Or. Phil. V, 16, 43. »Quem umquam patronum adoptavit? Si *quemquam*, debuit me.« Id. Or. Phil. VI, 5, 14. »Citius dixerim, iactasse se *aliquos*, ut fuisse in ista societate viderentur, qui socii non fuissent, quam ut *quisquam* celari vellet, qui fuisset.« Id. Phil. II, 11. 25. »Sine sociis nemo *quidquam* conatur.« Cic. Lael. XII, 42. »Nemo vir magnus sine *aliquo* afflatu divino umquam fuit.« Cic. de Nat. Deor. II, 167. »Mihi ne diuturnum quidem *quidquam* videtur, in quo est *aliquid* extremum.« Cic. de Senect. XIX, 69. »Quae causa est, cur amicitiam funditus tollamus e vita, *ne aliquas* propter eam suscipiamus molestias?« Cic. de Amic. XII, 48. »Tu sic te abiicies atque prosternes, ut nihil inter te atque quadrupedem *aliquam* putes interesse!« Cic. Parad. I, 14. »Magis ingenui est, — non solum ab *aliquo* allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper *aliquid* existimantem ab amico esse violatum.« Id. de Amic. XIII, 47. »Potestne tibi — huius coeli spiritus esse iucundus, cum scias — sceleri ac furori tuo *non* mentem *aliquam* aut timorem tuum, sed fortunam P. R. obstitisse?« Cic. in Catil. I, 6, 15.

»*Non* enim declamatorem *aliquem* de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus.« Cic. Orator. 15, 47. »Difficile est enumerare, quot viri fuerint, qui *non* una *aliqua* in re elaborarint.« Cic. de Orat. I, 3, 9. »Primum quidem, totius rationis ignari, qui *neque* exercitationis *ullam* viam, neque *aliquod* praeceptum artis esse arbitrarentur, tantum, quantum ingenio et cogitatione poterant, consequebantur.« Id. ibid. I, 4, 14. »An ideo *aliquid* contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur?« Cic. in Verr. Or. VI, 41, 106. »Non erat desperandum, fore *aliquem* tolerabilem statum civitatis.« Cic. Or. Phil. XIII, 1, 2. »Non adducor, ut credam, esse *quosdam*, qui invideant *alicuius* constantiae.« Cic. Phil. VIII, 10, 30. »Quis est, qui velit, ut neque diligat *quemquam*, neque ab *ullo* diligatur.« Cic. de Amic. XV, 52. »Numquam maior vester consensus in *ulla* causa fuit.« Cic. Phil. IV, 5, 12. »Accedunt magna eius in me merita, et mea *quaedam* in illum.« Cic. Or. Phil. XIII, 4, 7. »*Quibusdam* placuisse opinor mirabilia *quaedam*.« Cic. de Amic. XIII, 45.

12) De coniunctione *et* eiusque pro *etiam* usu apud Ciceronem [1]).

Sunt, qui adfirment, illam a Cicerone numquam ita esse adhibitam, ut notionem voce *etiam* alias expressam sibi subiectam habeat. Qui id primus moneret, fuit Laurentius Valla (Elegantiarum Latini sermonis Lib. II.); novissimisque temporibus et *Goerenzius* [2]) et *Heindorfius* [3]) VV. CC. *et* pro *etiam* scribis deberi atque a Ciceronis usu prorsus abhorrere contenderunt. Verum

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXVI.

2) v. ad Cicer. de Leg. p. 30. 147. Academ. I. p. 42. II. p. 25. 110. 235.

3) ad Cic. de Nat. Deor. p. 12. 107. 270. 338.

enim vero quum hic usus τοῦ *et* apua illos scriptores Latinos, qui eadem cum Cicerone vixerunt aetate, frequentissimus sit, e quibus Horatii [1]) tantummodo mentionem faciemus, cuius in scriptis, ut metricis legibus adstrictis, id librariorum culpae deberi haudquaquam adseri possit, quid est, cur Ciceronem ab illius usu abhorruisse credamus? Locorum profecto, ubi illud *et* pro *etiam* apud Ciceronem occurrit, numerus maior est, quam ut concedi possit, illam particulam ubique a librariis esse insertam: ideoque omnino retinenda atque immutata relinquenda est, quod quoque a *Wolfio* V. ill. in Tusc. e. g. Quaest. III, 19. (*aliquid videamus et cibi*) factum esse videmus.

His iam scriptis incidimus in *Hottingeri* notam ad Cicer. de. Divin. I, 55. p. 154, ubi V. ille cel. profitetur, se quoque eis non posse adsentiri, qui τὸ *et* pro *etiam* adhibitum e Ciceronis scriptis putent exterminandum. Ad haec nimirum verba, *Ita fit, ut et observatione notari possit, quae res quamque causam plerumque consequatur,* »Quod nunc multi, inquit, post Vallae admonitionem, istum huius particulae usum in Cicerone habent suspectum, equidem cum iis me non posse sentire ingenue profiteor. Satis enim magna exemplorum copia refelluntur: quam spernere quo modo possint, non video, nisi sana quaevis vel invitis codd. mutare, religioni non ducant. Nam quoties in hoc ipso *de divinatione* libro primo *et* pro *etiam* scriptum legimus!« — Cf. nunc quoque Creuzerus V. ill. ad Cic. de Nat. Deor. I, 39, ubi haecce leguntur: *Quoniam nascuntur in terra, nascantur et in aqua.* Heindorfius quidem hocce *et* mutavit in *etiam*, quia, ut ipse adfirmat, nondum constet, *et* a Cicerone positum esse pro *etiam*; Creuzerus vero optimo iure a mutando abstinuit. Quot mutationes in

1) vid. Hor. Od. I, 4, 11. I, 9, 21. I, 10, 13. I, 28, 7 etc.

Ciceronis scriptis faciendae essent, si Heindorfium sequi vellemus, docemur quoque eiusdem libri loco (II, 62, 155), ubi haecce exstant: *Iam vero circuitus solis et lunae, reliquorumque siderum, quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen* et *spectaculum hominibus praebent;* quae verba Heindorfius ita censuit mutanda, ut eiecto ex praecedd. *etiam* scribatur: *quamquam ad mundi cohaerentia pertinent, tamen etiam spectaculum* etc. — Addamus hisce Cicer. Orat. in Verr. VI, 4, 11, ubi ille, *Reperiemus,* inquit, — *quibus persuadeamus, istum alieno nomine a quaestoribus urbanis, quod priore actione didicistis, pecuniam abstulisse. Erunt, qui et in eo quoque audaciam eius reprehendant, quod* etc. quem locum omnes reliquerunt intactum. De *et — quoque* videatur Krause ad Vellei. Paterc. I, 17, 2.

13) Animadversiones quaedam consecutionem temporum spectantes.

a) Docemur quidem [1]), enuntiationes duae si coniunctione aliqua, e. g. τῷ *ut, ne, quo, quin* etc. vel pronomine relativo *qui, quae, quod* (cuius rationem tamen prorsus diversam esse, alio iam ostendimus loco), inter se coniungantur, praesentibus et futuris in sequenti membro subiungenda esse praesentia: at vero post tempus praesens interdum quoque imperfectum poni solere, id in Broederi e. g. Grammatica, et illud quidem in novissimis tantummodo editionibus, non nisi his monetur verbis: *Auf das Präsens folgt auch das Imperfectum, wenn es heisst, ich würde.* Verum enim vero hanc regulam rei haudquaquam esse accommodatam, minimeque sufficere, ad eam expediendam, nemo non perspiciet. Rectius accuratiusque nobis huius constructionis ratio ita constituenda videtur, ut praesenti tempori in sequenti membro subiungatur imperfectum, si illud locum praeteriti

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXVIII.

obtinet (quod in orationem historicam saepissime cadere inter omnes constat, ubi tamen praesenti quoque tempori locus est), et deinde, si de re agitur, quae ut tantummodo cogitata effertur, quamque eventum non habituram esse, ex contextu adparet, ubi in vernacula lingua plerumque *τὸ möchte, könnte*, ad sententiam exprimendam adhibetur: praeterea vero tum interdum, nec post praesens solum, sed etiam post futurum, invenimus imperfectum usurpatum, si quid *ἀοϱίςως* vel ita enuntiandum erat, ut ad tempus quoque praeteritum omnino id esse referendum declararetur, scriptorisve menti sententiarum nexu rerumque illis subiectarum natura illius temporis notio quasi obtrudebatur. Ea, quae adposuimus, a vero non aberrare, exemplis iam subiungendis dabimus comprobatum. »Drusus, orto die et vocata concione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita, incusat priora, probat praesentia: *negat, se terrore et minis vinci: flexos ad modestiam si videat, si supplices audiat, scripturum patri, ut placatus legionum preces exciperet:* Tacit. Ann. I, 29. Legitima ratio, inquit tamen Ernestius in nota huic loco adposita, postulat *excipiat*, et sic Tacitum dedisse credo. Vulgatum est a librario Longobardico vel germanizante. — Quibus verbis haec addit Oberlinus: Hoc probat Croll. Haud dubie nimis insolens h. l. videtur imperfectum; non tamen ad Taciti mentem. — »Itaque, *ne* subito ex collibus decursu Albanorum *intercluderentur* ab oppido, terga *vertunt.*« Liv. I, 27. — »*Ut* ianuam *clauderent*, et ipsi ad fores *assisterent*, *imperat.*« Cic. Verr. 2. — »Nihil reliqui *faciunt*, *quo minus* invidiam, misericordiam, metus et iras *promoverent.*« Tac. Ann. I, 21. — »Equitem, clara increpans voce, *ut* hostes *exaudirent*, redire in proelium *iubet*. — Idem *imperat*, *ut* hastas equites erigere *iubeat.*« Liv. I, 27. — »Nam quid *profitetur* (philosophia), *perfecturam* se, qui legibus suis paruisset, *ut esset* contra fortunam armatus, *ut* omnia praesidia *haberet* in se bene

vivendi etc. Cic. Quaest. Tusc. V, 7. — »Quae *sunt* tantae animi angustiae, *ut*, si Seriphi natus esses, nec umquam egressus ex insula, in qua lupusculos vulpeculasque saepe vidisses, non *crederes* leones et pantheras esse, cum tibi, quales essent, diceretur.« Cic. de Nat. Deor. I, 31, 88. — »Postea demonstrandum *est*, non *esse* illud eiusmodi, *ut* ob id hoc fieri *conveniret*.« [1]) Cic. de Invent. II, 2, 27. — »Illa criminatio levabitur, primum si *eiusmodi demonstrabitur* iniuria, *ut videatur* non fuisse toleranda; deinde ita perspicua, *ut* ne ab ipso quidem, qui fecisset, in dubium *vocaretur*; deinde eiusmodi, *ut* in eam is maxime *debuerit* animadvertere, qui animadverterit«: (Cic. de Invent. II, 28, 84.) quo quidem in loco eidem tempori in tribus membris tria diversa tempora, praesens nimirum, imperfectum perfectumque coniunctivi, sunt subiuncta.

b) Adsciscunt vero particulae illae [2]), si verbum praecedit praeteriti temporis, nonnumquam etiam, quamvis raro, plusquamperfectum coniunctivi; id quod, quamquam a Ramshornio V. cel. in grammatica sua (§. 192. A, 3.) eius rei exempla prolata sunt, nusquam tamen, quantum nos quidem scimus, traditum est explicatumque. Priusquam autem inquiramus, quando et ubi id locum habeat, primum exempla ipsa hic adponamus necesse est.

»Nullum ingenium tantum fuisse dicebat, *ut*, quem res nulla fugeret, quisquam aliquando *fuisset*.« Cic. de Republ. ex ed. Heinrichii p. 110. — »In qua (epistola) extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, *ut* frustra ipse *properasset*.« Cic. ad Att. XIII, 45. — »Quo in sermone multa divinitus a tribus illis consularibus Cotta deplorata et commemorata nar-

---

1) Ernestius hoc vitiosum indicat.

2) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXXX.

rabat, *ut* nihil *incidisset* postea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent.« Cic. de Orat. I, 7, 26. — »Quid? quod usu, memoria patrum, venit, *ut* paterfamilias, qui ex Hispania venisset, quum uxorem praegnantem in provincia reliquisset, neque nuntium priori *remisisset*, *mortuusque esset* intestato, et ex utraque filius natus esset: mediocrisne res in controversiam adducta est?« Ibid. I, 40, 183. — »Deinde quod tu in ea plus operae laborisque consumseras, quum eius studii tibi et hortator et magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, *ne* operam *perdidisses*.« Ibid. I, 55, 234. — »Neque ullum ingenium tantum exstitisse dicebat (Cato), *ut*, quem res nulla fugeret, quisquam aliquando *fuisset*; neque cuncta ingenia collata in unum tantum posse uno tempore providere, ut omnia complecterentur sine rerum usu ac vetustate.« Cic. de Republica. L. II. — »Nondum indicto bello, aut ita commisso, *ut* strictos gladios, aut sanguinem usquam factum *audissent*.« Liv. XXXV, 51. — »Tanta opibus Etruria erat, *ut* iam — mare etiam — fama nominis sui *implesset*.« Liv. I, 2. — »Si tantum militum Romanorum fuisset, *ut* et Chalcis teneri, et non deseri praesidium Athenarum *potuisset*; magna res principio statim belli, Chalcis et Euripus ademta Philippo regi forent.« Liv. XXXI, 23. — »Atticus quum tanta prosperitate usus esset valetudinis, *ut* annos triginta medicina non *indiguisset*, nactus est morbum.« Corn. Nep. XXV, 21. — »Non tibi benefaciundi fuit causa, *ut*, quae male feceras, bene *fecisses*.« Plin. Panegyr. XXVIII, 2. — Haecce iam exempla accuratius considerantes intelligemus, plusquamperfectum coniunctivi post particulas supra nominatas tum adhiberi, si adfirmamus, rem aliunde pendentem non evenisse, quia illa res ipsa, unde pependisset, non habuerit eventum, vel si de re aliundo pendente sermo est, quae ad eventum iam perducta fuerit, quum illa res, unde pendebat, adhuc permaneret, praecipue si alia

etiam res, quae eam insequuta est, vel fuisset insequutura, adiungitur.

14) Adnot. ad Hom. Iliad. I, 469 sq., ubi haecce leguntur: [1])

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεςέψαντο ποτοῖο· [2])

Haecce verba utrum de corollis, quibus crater cingeretur, an de cratere usque ad oram repleto accipienda sint, ambigitur. Koeppenio in adnotationum ad Homeri Iliadem prima saltem editione (Han. 1787) prior illorum versuum explicandorum ratio visa est praeferenda. »*Ich verbinde*, inquit ad Homeri locum legatum, *also:* ἐπεςέψαντο κρητῆρας (μέςας) ποτοῖο. Ovid. Metam. IX, 238: Inter plena meri pocula. Il. IV, 345: Κύπελλα οἴνου πινέμεναι. Od. II, 431. *Auch Virgil fasste es so, dass um den Pokal ein Feston gewunden worden sey.* Virg. Georg. II, 528: Socii cratera coronant. Aen. III, 525: Magnum cratera corona induit, implevitque mero. Aen. I, 724: Vina coronant, i. e. cratera vini plenum coronant. *Auch Sophokles lässt den Oedipus den Pokal bekränzen, wenn er den Eumeniden opfern will.* Oed. Colon. 473.« — Hisce tandem addit: »*Andere alte und neue Ausleger erklären es: bis an den Rand anfüllen, und verbinden, einige wenigstens:* ἐπεςέψαντο οἴνου κρητῆρας.« Priusquam hanc rem diiudicemus, in notionem voci ἐπιςέφειν subiectam accuratius inquiramus atque ea adponamus necesse est, quae veteres lexicographi de ea reliquisque cum ipsa coniunctis monuerunt vocibus, earumque explicandarum causa adposuerunt. Iam quidem si primum inspicimus Etymo-

1) Vid. Ind. Lect. an. MDCCCXXVII.

2) Horum versuum posterior exstat quoque Il. IX, 175. Od. III, 339 et XXI, 221.

logicon Magnum [1]), haecce ibi invenimus notata: Στέρφος] ἔςιν ἔρεφος καὶ ςέρφος· οἱ δὲ, παρὰ τὸ ςέφειν (ὅ ἐςι σκέπειν) τὸ σῶμα, ςέφος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ, ςέρφος· σημαίνει τὸ δέρμα, παρὰ τὴν ςρυφνότητα καὶ πυκνότητα· ἢ παρὰ τὸ ἐρέφειν καὶ σκέπειν· καὶ ςερφόπεπλος ὁ Ἡρακλῆς, διὰ τὸ δέρμα τοῦ λέοντος, ᾧ ἐχρῆτο ἀντὶ περιβολαίου· — quibus paulo post haecce adiiciuntur [2]): τὸ ςέφω καὶ ςεφανῶ. οὐχ ὅμοιον· εἴ τις μὲν γὰρ ςεφανοῖ, οὗτος πάντως καὶ ςέφει· οὐκ εἴ τις δὲ ςέφει, οὗτος πάντως καὶ ςεφανοῖ· — ςέφανος μόνῃ τῇ κεφαλῇ περιτίθεται· ὡς οὖν ἀπὸ τοῦ ςέφος γίνεται ςέφω, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ςέφανος ςεφανῶ. — Quod si cum his ea comparamus, quae in eodem libro p. 374 l. 38, ubi de derivatione vocis ἐρίπνη sermo est, leguntur (ἢ ἀπὸ τοῦ ἐρέφω [ἢ ἐρέπτω], ἐρέψω τὸ καλύπτω· [3]) σκέπουσι γὰρ καὶ καλύπτουσι καὶ σκιάουσι τὰ ἀκρωτήρια), vix videtur dubitandum, primam propriamque verbi ἐπιςέψαι significationem eandem fuisse, quae Latinoram voci tegere, obtegere, subiecta est, id quod Buttmannus in Lexilogo monuit, ubi »*In unsern Wörterbüchern*, inquit, *sollte bei* ἐπιςέφω *und* ἐπιςεφής *die Erklärung von* ***krönen*** *und* ***kränzen*** *gar nicht mehr stehen, da das Verbum ausser den Homerischen Stellen und etwanigen Nachahmungen wohl nicht weiter gefunden wird;* ἐπιςεφής *aber, so viel ich weiss, nur noch in Archilochus 21*[stem] *Fragmente, wo Thasos genannt wird* ὕλης ἀγρίας ἐπιςεφής. *Hier ist durchaus nicht an das Bild eines Kranzes zu denken, den der Genitiv nicht zulässt und der auch zu dem ganzen schmähenden Zusammenhange gar nicht passt. Es heisst offenbar* ***überdeckt***.« Apud Hesychium vox ἐπιςέφει explicatur per κεραννύει (quod Heinsius in κεραμεύει

---

1) P. 726. l. 21.
2) P. ead. l. 45.
3) Ita locum corruptum emendandum censuit Sylburg.

mutandum censuit), *οἰκοδομεῖ*. Exponuntur praeterea apud ipsum *ἐπιςεφές* per *πλῆρες* [1]), *ἐπιςεφέας οἴνοιο* per *ἐπιςεφανωμένους*, et *ἐπεςέψαντο* per *ἐπεςεφάνωσαν*, *πλήρεις ἐποίησαν*, *ἐπλήρωσαν*. Consentiunt denique cum hisce, quae Suidas habet, qui *ἐπιςεφέας κρατῆρας* interpretatur per *ὑπερχειλεῖς· οὕτω γὰρ ἐπλήρουν τοὺς κρατῆρας οἱ παλαιοὶ πρὸς οἰωνοῦ τιθέμενοι*.

Ex hisce iam videtur adparere, Homeri locum a Grammaticis saltem de crateribus usque ad oram vino repletis esse intellectum. At enim vero nonne huic explicationi ea obstant repugnantque loca, quae Koeppenius ex Virgilii in imitationem Homeri tam eleganter compositis carminibus in medium protulit adposuitque? Tantum profecto abest, ut hisce illa refutetur, ut multi, qui sibi persuasum habebant, Virgilium etiam in singulis Homerum non solum ante oculos habuisse, sed omnino effinxisse, ex ipsius verbis eundem conati sint eruere sensum: hi autem ab aliis iam confutati sunt, qui multis scriptorum veterum locis in medium allatis ostenderunt probaveruntque, morem pocula coronandi apud seriores obtinuisse, atque ab illis in heroum vitam esse illatam. Homericos enim heroas corollarum usum ignorasse, edocemur ab Athenaeo, qui, *Ὅμηρος*, inquit, *οὐκ εἰςήγαγε μύροις ἀλειφομένους τοὺς ἥρωας· — ἀλλ' οὐδὲ ςεφανουμένους εἰςάγει*. Hoc si a vero non alienum est, nostra admiratio profecto non est, quod moveatur, si omnes veteres Homeri interpretes in loco Iliados supra adposito explicando conspirant, atque de crateribus usque ad oram repletis sermonem esse, uno ore adfirmant. Eustathius nimirum, *Ὅτι τοὺς κρατῆρας*, inquit, *ἐπιςέψασθαι ποτοῖο, τὸ ἐπιχειλεῖς ποιῆσαι αὐτοὺς καὶ μέχρι ςεφάνης ὅ ἐςι χείλους πληρῶσαι, δηλοῖ ὁ καὶ παρὰ τῷ Χρυσολόγῳ εὕρηται, εἰπόντι κρα-*

---

1) Athenaeus quoque (L. XV. c. 5. p. 674) *τὸ ςέφειν*, ait, *πλήρωσίν τινα σημαίνει*.

τῆρας ἐςεμμένους οἴνου. Consentit cum his Scholiastes, qui, *Ἄχρι τῆς ςεφάνης*, ait, *ἐπλήρωσαν· ὅ ἐςι μέχρι τέλους.* Atque apud Athenaeum [1]) haecce leguntur: *Ἐπιςέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρατῆρες· ἤτοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥςε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιςεφανοῦσθαι.* Iam vero quum in hisce versibus,

Στῆσαν δὲ κρητῆρας ἐπιςεφέας οἴνοιο
Λεῖβον δ' ἀθανάτοισι θεοῖς· [2]) — et
Πίνοντες κρητῆρας ἐπιςεφέας οἴνοιο [3]),

τῷ ἐπιςεφής nulla alia notio subiecta esse possit, quam quae Latinorum voce plenus s. repletus exprimitur, non est, quod in constituenda significatione verbi *ἐπιςέφεσθαι* haereamus, atque ab Athenaeo, Eustathio ceterisque Homeri interpretibus veteribus in medio propositam eius explicationem solam veram esse dubitemus. Obiici quidem possit, quod apud Homerum etiam *δέπας οἴνοιο* [4]), i. e. poculum vini, inveniatur: horum vero verborum aliam esse rationem, iam Heynius monuit, qui, »Aliter, inquit [5]), res se habet Od. *θ*, 70, ubi *δέπας οἴνου* occurrit, eodem modo quo *ἀσκὸς οἴνοιο, κισσύβιον οἴνοιο·* hic enim vini notio vim habet.«

---

1) Vol. I. p. 50. ed. Schweighaeus.
2) Od. II, 431.
3) Il. VIII, 232.
4) Od. VIII, 70.
5) In adnotationibus ad Il. I, 470.



